non uoce pronuntiationis significat gria / s. suis tamen uerbis quorum origo gria est ut. Lucus quia caret luce. P. s. ma. p. placit. b.

Antigonus. mi. minor Alexander

Antigraphia. e. dignitas Item antigraphia cancellaria

Antigraphus cancellarius quia rescribit litteris missis ad dominum suum

Antilabanus. a. u. idem quod antelabanus

Antiloquus. a. u. qui primo loquitur / uel hoc antiloquium prima locutio

Antimetabola mutatio sermonis cuius sententia non ut edas utuas. s. edas ut uiuere possis

Antimonía. e. contrarietas

Antiochia. e. ab. Antiocho. edificatore dicta ciuitas contra oceanum posita / unde antiochenus. a. u. quod uel quod est de illa ciuitate

Antiochus. chi. pater fuit Solentis quod Antiochiam edificauit

Antipastus. ti. pes constans ex contrariis syllabis. f. ex breui et longa et ex longa et breui ab. anti. et. pastos. quod est spacium quia contrariis constet spacis

Antipater. tris. proprium nomen uiri

Antipelagos. grece retributio beneficiorum

Antipentimemris. is. f. species cesure pro quam uocalis naturaliter breuis producit in principio secundi pedis

Antiphona. ne. vox reciproca a duobus choris alternatim psallentibus

Antipoca. scriptum quod debitor soluens dat creditori in quo debitor notat se soluisse tantum ex tali causa

Antipofora. e. est responsio tacite obiectioni et dicitur ab. anti et foros ferre

Antipos. dis. gen. monstrum in libia plantas uersas post crura habens et octenos in pedibus digitos et est subterraneus pro contra nos pedes habens ut quidam putant

Antiptosis. is. f. est quedam figura allotece

.i. contra positio littere pro littera

Antiquarius. librarius s. antiquarius qui tantum scribit antiqua librarius pro noua et vetera

Antiquo. as. a. antiquum facere uel deleere

Antiquus. a. u. i. uetus multorum annorum sed antiquus euo uetus annis et comparat antiquior. s. s. i. unde antiquior adu. et hec antiquitas. tis. i. eui longitudo.

Antisima. e. quedam figura sic facta C. n. ab anti. et sima. quod est curuum. q. g. curuum

Antismitus. a. um. urbanus non amarus non iracundus

Antismos quidam tropus est multiplex numeroseq. uirtutis

Antistes. tis. g. sacerdos quia ante stat pro populo atque orat

Antistitium. ci. sacerdotium dominum

Antista. e. sacerdotissa

Antistito. as. n. excellere prestare excellere

Antistropba. e. i. g. conuersionem simplicem et fir quod finito sensu recipitur respectu forium uel eius medietas

Antithesis est gria positio ut littere pro lfa ut cum dicitur olle pro ille inopta pro septa

Antitheta grece gposita et pro infamiam et bona fama et g malum bonum est secunda est

Antitheton figura est quod gria contrariis opponuntur ut illud frigida pugnant calidis humencia siccis

Antonomasia. e. est significatio uice nominis proprii posita ex accidentibus cum quod est comune pro tribus uel a propriatur per excellenciam ab. anti. et. noma. nomen et differt ab antiteton nam antonomasia uice nominis ponit / antitheton facti nomen his duobus tropis uel uitupamus aliquem uel ostendimus uel laudamus / antonomasia. i. pro excellentiam uel pro antonomasia m.

Antos grece flos latine

Antracitis. cis. lapis preciosus sic dicitur quia sit ignei coloris vt carbunculus qui antrax dicitur sz candida vena precinctus cuius proprium est quod factus igni vel inter mortuos extinguit aquis profusus exardescit

Antrax. cis. m. furunculus. s. tumor acutus a feruore dicitur. q. ferunculus ignitus est

Antropofagi. gentes asperime que humanis carnibus vescuntur et sunt sub regione scythie

Antropomorphice. qda heretici q qdaz simplicitate rustica deum habere humana membra que in diuinis libris scripta sunt arbitrantur

Antropos. grece latine homo qui antropos dicitur ab ana et tropos conuersio qa sursum aduersus / Item antropos vna de tribus parcis

Antropofagos. humana passio quando quod est hominis attribuitur deo

Antrum. grece specus latine / vel antrum. q. atrium locus obscurus sub terra

Ant. ti. capilli mulieris a fronte pedes

Anuales. secreta loca circumullata

Anubis. lingua egypti dicitur mercurius quasi sine nube

Anularis. re. quod pertinet ad anulum hinc anularius secundus digitus a mini

Anulus. li. circulus digiti et dicitur ab anno propter rotunditate qa in se redeat vt annus / vnde annulatus. a. um. habens anulos / et hic anularius qui facit anulos / et hoc anularium loc9 vbi fiunt anuli

Anus. res rotunda et intus vacua

Anus. ni. m. i. culus

Anus. us. f. i. vetula quia multos annos habeat ab anno dicta vel ab anus sensus quasi sine sensu

Anutergium. gi. quo anus tergitur

Anxioma. tis. n. concatenatio loquendi vel anxiomata. proloquia et maxime propositiones in topicis

Anxior. aris. d. molestari tristari

Anxius. a. um. tristis sollicitus et comparatur anxie et hec anxietas

Anxus. ciuitas Iouis

Anxurus. ri. Iouis barbatus dicitur

On. mons in Tracia a quo Anides muse dicuntur

Aonas. Elicone montes Boecie vbi poete morari musas dicuntur

Aonia. regio Boecie vbi est thebas / vnde Boetia Aonia dicta est

Aonithebau. ab. aonia. regio et declinatatur aonius. a. um.

Aorasia. e. cecitas qua sodomite percussis sunt circa domum Lot / vel aorasia est quando homines habent oculos apertos et non vident quod magis faciunt incantationibus suis

Page. recede. vade. apagete. recedite. vadite. vel state in pace et videtur esse aduerbium

Apagesis. aduer. sta in pace. tace. sis pacificus

Apama. lingua capadocum mensis nouembris

Apares. grece impassibilis ab. a. et pates. patior

Apatia. grece impassibilitas latine

Apecula. e. di. parua apis

Apella. e. videns quasi sine pelle

Apelleos. mensis decembris lingua macedonum

Apellite. heretici ab. Apello. principe eorum dicti qui Xpm non verum hominem sz fantasma dicunt

Apenita. i. penitus

Apenninus. mons dictus. q. alpes pennine. i. acute nam penium acutum dicitur

Apr. pri. m. porc9 siluesteris. q. afer a

feritate. f. mutata in. p. aper significat diabolus ducem ferum

Apercularius. ri. effractor dicitur

Aperculus. li. paruus aper

Aperio. is. ui. tu. et comparatur apertior. sim9 / vnde aperte. tius. me. aduerbiu

Apes. pis. q. sine pedibus nascatur ab. a. et pes

1. Apex. cis. sumitas galie / et cis. celiomotis. vel lre. quod est in summo est a pedibus

2. remotum est / apex. etia dicitur littera et proprie ille q. i frontispiciis murorum scribitur / Itē et quilibet littera. vñ i Matheo

3. vñ9 apex non preteribit a lege / vel apex in gloria littere superius dicta / apex etiam dicitur ligamē / et apex pileus subcilis quo gentiles sacerdotes utebant / Itē

4. apex / galie sumitas. chenus super quasi quem criste ponuntur

5. Apiares. inis. f. herba cuius flores apes libenter appetunt

6. Apiana. vna que vinu dulce reddit qa nisi cito legas pluuuis ventis et maxime apibus infestatur

7. Apiarium. locus vbi apes mellificant

Apiaster. tri. m. apum magister

Apiastra. auis q. apes est. i. comedit et est viridi coloris.

Apicio. cis. a. ligare. vincire. neclere vinculare. nodare

Apicio9. a. u. caluus cuius capitis sumitas apparet

Apicitus. a. um. ligatus ex apicio. cis.

Apicula. di. de apis idem quod apecula

Apiculus. li. paruus apis et ponitur pro lra et pro ligamine quo filateria dependet

Apiferum. ri. apifera funes qui cornibus antenne dextera sinistraq. tenduntur retrouersa ab. a. et. pes. et. fero. qa longe a pede mali ferunt et extendunt cornua mali.

Apisorium. ri. nomen oppidi est

Apis. m. Rex arginorum / apis. figurat formam virginitatis / apis. i. malo significat inuasore / apis. apud egyptios taurus est Serapi consecratus huius ymagine iu dei fecerant in beremo / apis. is. f. i. a pes q. qdē nascunt de carnibus putridis bouz

Apiscor. eris. eptus sum. d. a. d. quire

Apissimum. largissimum

Apissenum. idem est quod apiarium

Apium. grece herba dicta quod apices. i. capita antiquorum triumphantium vel poetarum coronabantur huius corona ebrietatem dicitur prohibere

Apium siluaticu greci abrosiam dicunt

Aplanes. es. uel aplanees. i. firmamentu quod sine planos. i. sine errore quia semper moueatur in eodem loco

Apliscia superfluitas crapula

Apo prepositio greca. i. re. uel de. Item ponitur pro ualde. Item pro longe. Item pro defectu in compositione

Apoca. ce. ab apo quod est re et capio dicitur scriptum quod creditor dat debitori soluenti in quo creditor prestat se denarios sibi debitos accepisse quasi receptio hoc est quietatio et securitas.

Apocalipsis. is. f. reuelatio ab apo quod est re et calipsis quod est uelamen uel uelatio quia ibi manifesta sunt que abscondita et est grecum

Apocalipfor. aris. d. reuelare

Apocopa. e. descriptio. q. deorsu cesio subtractio litte vel sillabe de fine dictionis ab apo de et copos cesio species est metaplasmi. vnde apocopo. as. apocopa facit subtrahere litteram vel sillabam de fine dictionis

Apocrifarius. ri. q. describit apocrifa.

Apocrifus. a. um. i. occultus et secretus. q. de secretis. i. de numero secretorum.

Apocrifa. proprie dicuntur illa scripta quorum

origo et actio ignorantur. et quis sint  
ibi multa vera: tamen non habentur autē-  
tica propter falsa que ibi continentur.  
Apocrifarij. i. secreti consilij. v. the-  
saurarius ab. apo. quod est de et. crisis.  
secretum quasi de secretis  
Apodanea. a pedis vestigio dcaq. vesti-  
gia impressa visa sunt in marmore  
Apodelon. grece ferula latine  
Apoderim. grece. exuere / vnde apoderi-  
um. locus. vbi vestes lauanu deponunt  
Apodis. socia. comes  
Apodistruu. loc9 vbi res i balneo ponunt  
Apodixen. ostensio. fantasia. probatio  
experimentum. virtus. potestas  
Apofa. abnegatiua  
Apofasis. affirmatio et negatio  
Apofatica. negatiua vt dies est non est  
Apoferetum. ti. vas a ferendo poma v  
aliud dictum  
Apofragisma. / signaculum anuli quod  
cere infigitur  
Apogeum. constructum sub terra edifi-  
cium qd nos antru seu spelunca dicim9  
Apofisma. diffinitio et consumatio per  
disputationem  
Apollinaris. nomen proprium viri  
Apollinariste. quidam heretici ab. apol-  
linare dicti dicentes Xpm corp9 tantu  
modo sine anima suscepisse  
Apollo. inis. proprium nomen viri hic  
apud grecos medicinam inuenit  
Apollo. autem a gentilibus sol dicitur  
Apollonius. proprium nomen viri  
Apologia excusatio / vnde apollogetic9  
.a. um. satisfactiois iudicium rectu. ve-  
rum testimonium  
Apologus / ex rebus humanis forma com-  
positio ad viuendum  
Apopeius / grece. emissarius latine  
Apoplexis. grece percussio

Apoplexia. substantia sanguinis effusio  
que suffocat et interimit  
Aporia. anxietas. molestia. abominatio  
vultus. stimulus. tedium / aporia. grece  
fluxio. deriuatio. sordes  
Aporio. as. n. anxiani. laborare / Item a  
porio. a. iudicare. aperire. depauperare  
reuelare  
Aporos. grece pauper  
Aporus. a. um. diuinus nam pauperum  
e esse diuinos et regnu celoz acquirere  
Aposiopesis. est validus defectus orati-  
onis ab. apo. qd est defectus et v sios sba  
Apostasia. renunciatio retro ad malum  
amorem  
Apostata. te. g. peruersus. renunciatus.  
refuga. i. retromissus / et proprie aposta-  
ta. dicitur qui primo bene agit et postea  
peruertitur et male agendo retroabit  
vnde coponit ab. apo. et. stans. q. retro  
stans / vnde apostaticus. a. u. peruersus  
Apostato. as. retro abire. a bono peruer-  
tere. peruerso agere  
Apostema. tis. n. dura humorum collec-  
tio sic dictum a collectione humorum na  
greci apostemos collectionem vocant  
Apostolatus. tus. tui. officium vel dig-  
nitas Apostoli  
Apostolicus. ci. p. Papa ponitur / apos-  
tolici. dicuntur qdam heretici q nichil  
possidentes proprium non recipiunt q a  
liquo in hoc mundo vtuntur  
Apostolus. li. grece. lisan. hebraice. mis-  
sus. latine ab. apo. quod est. de. et. stolo  
missio. q. demissio. i. de celo s a deo missio  
Apostolaris. e. ad populum pertinens  
Apostoli. etiam sunt littere quibus cau-  
sa superiori remittitur ab. apo. re. et. sto-  
lon. missio. q. remissio  
Apostrofa. e. vel apostrofe. cs. directio  
v. g. uersio sermonis ad aliquem, et pprie

absentem / quasi presentem / apostrophe  
. transitus. regressus. reuersio  
Apostropho. as. sermo ad aliquem diri-  
gere / vel conuertere  
Apotheca. ce. repositorium / vel conditori-  
um. quia in hiis homines elaboratas fru-  
ges reponunt. quod orreum dicitur  
Apothecarius. rii. q. custodit apotheca  
vel mercator / apothecari9. a. uz. ad apo-  
thecam pertinens.  
Apotheosis. i. de diuinitate / v. l. a pothe-  
osis. grece consecratio latine mirabilis siue  
laus. siue deitas  
Apothesis. repositio  
Apothoma. maior ps semitoni q aliter  
derisio dici potest  
Apozima. nis. coctarum herbarum  
Appallio. as. a. valde palliare  
Appareo. es. ui. itum. n. i. valde pere s3  
paret quod obsequit apparet qd videt  
Apparis. idem quod i animo iudicij  
posueramus oportune depascimus  
Apparicio. onis. f. ostensio q grece epi-  
phania dicitur  
Apparitiu. verbum est desinens in. co  
vt. vellio. albico. nutritio  
Apparitor. oris. m. seruies. obediens. qa  
appareat vt videatur. et presto fit ad ob-  
sequiu / v. l. apparitores eos vocamus qui  
reos apparere faciunt in conspectu iudi-  
cis / vel apparitores. incantatores,  
Aparitorium. vbi quecuq. res separant.  
vel preparantur / vel adiutorium.  
Apparo. as. a. valde et diligenter para-  
re / vnde hic apparatus. tus. tui.  
Appello. as. a. appellare aliqm ad iudice  
alium vocare vel audientiam alteri9 iu-  
dicis postulare / v. l. hec appellatio. onis.  
verbale / et appellatiuus. a. um. appella-  
tiua nomina sut illa q multoz sunt coia  
Appello. is. puli. ad portu venire. i. pel-  
lere. compellere. applicare

Appendicius. a. um. quod appendet Ite  
appendiciuz idem quod appendix  
Appendix. cis. o. quod alicui rei appen-  
dedo adheret / mansiuncula q magne do-  
mii adheret eiusq. appedit parieti tec-  
tum diuisum non habens nisi duo latera  
appendix dicitur  
Appendo. dis. di. sum. a. suspedere. li-  
brare. ponderare / vnde appensor. oris.  
et appensorius. a. um.  
Appenninus. mons Italie dictus appen-  
nini. q. alpes pennicheas / Anibal post  
bella Yspanie aceto rupit / v. l. et alpes.  
vel appennine vocantur illa loca  
Appeto. is. iui. ieu. a. desiderare. regre-  
re / vnde hic appetitus. e9. tui. et hec ap-  
petitio. et appetibilis. le. et appetibiliter  
aduerbium et appetitor. oris. m.  
Applauda. e. surbiciuncula ex paleis fac-  
ta circa quam pueri solent applaudere  
Applaudo. dis. si. sum. n. alicui plausu  
facere  
Applico. as. cui. citu. arbare ad ripam  
vel terram venire / vnde verbale  
Applicia. supfluitas. satitas. crapula  
Appluda. e. idem est quod applauda e-  
tiam dicitur fuffur  
Appodio. as. podio sustentare inniti vul-  
gariter apilar  
Appono. is. sui. itu. addere. adiuge. t.  
g. v. l. appositio. onis. et appositus. a. uz  
Appositio. est mediata et intransitiua  
adiunctio duoz substantiuoru ita q min9  
coe determinet mai9 coe ut aial ho currit  
Appost9. a. u. puf9 qri9 v. l. apposte adu.  
Apprecior. aris. d. extimare.  
Appbendo. is. et apprendo. dis. di. suz  
ualde prendere  
Appreme. i. ualde  
Appmo. is. psi. psu. a. ualde pmere  
Appropinquo. as. n. ppinquu facere.  
Apprio. as. idem uel pprium facere

Approximo. as. n. i. appropinquare  
Apricitas. tis. f. calor iocunditas  
Apricius. a. um. iocundus delectabilis  
Aprignus. a. uz. idē qd aprin<sup>9</sup> fer<sup>9</sup> asp  
Aprilis. lis. mēsis veneri dedicatus. q.  
afrudilis vel aplis. q. aperilis qa terra  
delectatur et aperitur et humores pdu  
cit/aprinus. a. uz.  
Apsum. vellus lane  
Apta. ciuitas est modica in Aquene p  
uincia  
Aptitudinarius. a. uz. quod significat  
proprietas aptitudinem vt risibilis  
Aptitudo. inis. f. conuenientia  
Apto. as. componere. vincere  
Aptotus. a. uz. ab. a. et. ptotos. cas<sup>9</sup>. q.  
sine casu/apgota sunt illa nomia que tā  
cum habent vnam terminationem  
Aptus. a. ū. q. libenter acquirit et habet  
modum in expendendo. fet comparatur  
tior. s<sup>9</sup>im<sup>9</sup>/vnde apte. tius. me. abuer.  
apte. i. ornate. aptū. vtile dicit. s<sup>9</sup> aptū  
ad tēp<sup>9</sup>. vtile i ppetuū / It aptū. i. fixuz  
Apud. prepositio est iuxta vel parā. et  
adiungitur loco vel personis  
Apulia. c. prouincia est in Italia vbi cō  
ditum est brundisium  
Apulus. a. um. vel apulus. i. de apulia  
Qua. e. dicitur ab equus. a. um. q.  
eius superficies equalis. sit statua  
et sine motu est / aquaz. elementum cete  
ris elementis imperat. aque. n. celū tēpe  
rāt / terrā fecundāt / aerē exaltationibus  
suis incorporāt / scandunt in sublimē et  
celū sibi vendicāt / qd. n. mirabili<sup>9</sup> aqs i  
celum stantibus. s<sup>9</sup>. q. parū sit i tantam  
puenisse altitudinem / rapiunt et secum  
piscium examina / effuse eiz i terra nascē  
tium causa fiunt fruges / agunt arbores  
fructices herbasq. pducunt / sordes dter  
gunt / peccata abluunt / potum cunctis a  
nimantibus tribuunt / aqua significatur

doctrina populi / Item mala temptatio  
predicatio sancta / Itē sapientia vt spi  
ritus sanctus populi  
Aquagiū. giū. aq ductus ab aqua r ago.  
Aqualicum. ciū. idēz quqd per foras aq  
emittitur. f. guttatorium  
Aqualiculus. li. venter porci proprie l  
ventriculus  
Aqualis. is. g. vas aquaticum grossum v l  
latum quod quandoq. p grosso dē vtre  
Aqualiū. li. sūma ps capitis qd priuq.  
totum corpus aquam suscipiat fluentem.  
Aquamabile. lis. n. vas sup quod cadit  
aqua qn abluūt digiti sacerdoti post sus  
ceptionem corporis Xpi  
Aquaria. e. ancilla que aquam fert  
Aqriol<sup>9</sup>. li. seruies meretricis qa crebro  
fert aquam ad eā mūdādā et venustādā  
Aquarius. ri. pro quodam signo celesti  
quia tunc cum sol in eo est aquarum est  
abundantia. Item aquarius dicitur ser  
uiens qui portat aquam / Item aquarii  
sunt quidam heretici qui aquam solam  
offerunt in sacramenti calice / aquarius.  
a. ū. ad aquā pertinens. aqtilis. le. idē.  
Aquat<sup>9</sup>. a. ū. aqua plenus. aqua mixt<sup>9</sup>  
Aquebibus. bi. qui sepe aquam bibit et  
potest declinari adiectiue  
Aquaductile. lis. n. via p quam aqua  
agitur et ducitur de proprio loco.  
Aquaductus. tus. tui. idē  
Aqueuomus. mi. qui aquam vomit  
Aquila. le. auis ab acumine oculorū vo  
cata eo q acute videat / tanti. n. contui  
tus esse dicitur vt cū super maria immo  
bili penna feratur nec humanis pateat  
obtuicib<sup>9</sup> de tāta sublimitate pisciculos  
natate videat ac tormenti instar descen  
dens raptam predam pennis ad litus p  
trahat. nam et contra radīū solis fertur  
eius obtuicū non flectere / vnde r pullos  
suos vngue suspensos radiis solis obicit

et quos uiderit immobilem tenere aciem  
ut dignos genere conseruat. si quos uero  
flectere obtuicū. q. degeneres abicit.  
Aquila. est signuz quod dicitur ganimē  
dem. rapuisse a manibus Iouis  
Aquilegius. gi. inquisitor aquarum. ab  
aqua et lego. gis.  
Aquileus. a. uz. niger vel fuscus qd an  
tiqui aquilus dicebant  
Aquilini. op. m. demones in similitudi  
nē aquilarum apparentes  
Aquilinus. a. ū. possessiuum. de aquila  
vt aquilina penna  
Aquilus. a. uz. qui nasum habet curuū  
vt aquila  
Aquilo. onis. ventus dicit<sup>9</sup> quod aquas  
stringat et nubes discipet est. n. gelid<sup>9</sup>  
et ficcus hic et boreas dicitur quia ab y  
pboreis montibus flat  
Aquilonaris. e. ad aquilonem pertinēs  
Aquis. indecl. ciuitas ē caput puincie  
Aquitania. regio ab aquilonis aquis Li  
geris fluminis appellata nam ex maxima  
sui parte eodem Ligeri a septentrione  
et oriente circūdatur et est tertia ps gal  
liarū habens prouincias Bituricē. Bur  
degaleñ. r Anxitañ. Turoniā r Tolo  
sam quicquid. n. ē inter Ligerim et Gar  
onā ac Pirineos montes qui Gallia Hys  
paniāq. disterminat et vsq. ad oceanū  
mare totuz est Aquitania et in ptes ei<sup>9</sup>  
cedit hec tertia gallia nuncupatur  
Aquo. as. vel. aquor. aris. d. f. aquā du  
cere vel potare animalia  
Aquosus. a. um. aqua plenus pprie dicit<sup>9</sup>  
aquos<sup>9</sup> potio. n. aquata et compa<sup>9</sup> aquo  
sior. s<sup>9</sup>imus / vñ aquose. si<sup>9</sup>. me. a. duer. et  
hec aquositas aquarum abundantia  
Aquila. e. parua aqua  
R apud Hebreos mēsis scd<sup>9</sup> dē  
Ara dicit<sup>9</sup> q ibi uictime icense  
ardeant.

Arabam interpretatur insidie  
Arabia. e. Regio q sacra interpreta  
eo q sit thurifera odores creans eadē  
ta est sabba. i. filioocus q sabba dicit<sup>9</sup> et  
Arabicus. a. ū. patriuz arabici dicit<sup>9</sup>  
quidā bertici in arabia orti q dicūt su  
mori non siml resurgere arabicus lapis  
similis ebori  
Arabilis. le. ad arandum habilis  
Arabis. bis. flumen orientis qui decur  
per Persiam et assiriam  
Arabs. is. g. arab<sup>9</sup>. a. ū. lat. id q arabī  
Arabes dicuntur humiles et campestres  
Aracintus mons Tebanus iuxta mare  
Araculia regio ab opido suo dicta  
Aradia opidum est in radice libani  
Aradius nonus filius Canaan vñ aradii  
qui insulam rodū possederūt hic qd dicit  
aradiam. aradii etiā dicit<sup>9</sup> sunt quidam  
heretici ab aradio exorti manachos tm r  
cipiunt giugia respuūt regna celoz. lus  
tos habere non credunt.  
Aragnes. is. f. ppriu nomē femine q fuit  
mutata in araneā qa cū diana cōtendit  
Aram quint<sup>9</sup> filius Sem a quo Siricorū  
metropolis fuit damascus  
Aranea omnis aeris dicta qa in aere fila  
gerat p araneā significat humana fragili  
tas Aranea genus piscis dicta q ante fe  
riat habet enim stimulos quibus ferit  
Araneola. e. di. parua aranea  
Araneolus. li. di. paruus araneus  
Araneus idem q aranea araneus. a. ū.  
adiectiuum  
Arapago. as. effodere uel scalper ab area  
et pagus uilla. uñ arapagatus. a. ū. ab. a  
rea et fossus  
Arapennis. ris. arcus quadratus undiq.  
cinctus pedibus. Cxx.  
Arar fluuius gallie  
Ararac mons Armenie vbi archa post  
diluuium sedisse historici putant



Aras. penates domesticos foros sacra pe  
netralia

Aratellum. li. paruum aratrum

Aratio. onis. f. nomen verbale

Aratuncula. c. di. fossa parua ad instar  
sulci aratri

Arator. oris. m. verbale qui arat

Aratorculus. di.

Aratorius. a. um. locus qui potest arari

Aratrum. tri. ab arando terram dictuz  
quasi araterium

Aratura. e. actio aratri

Araxis. is. amnis armenie in oriente

Arbiter. tri. m. reuelator consiliorum / arbi  
ter testis / arbiter iudex ex lege / arbiter  
ex voluntate fit

Arbitrium. voluntas libera et potestas  
qua quislibet bona vel mala voluntate ap  
petere potest vel iudicium arbitrarium

Arbitror. aris. d. existimare / existimare  
sed differunt quia existimare vel existimare  
est apud animum nostrum arbitrari sicut  
iudicium animi proferre

Arbor. vel arbor. f. sicut herba dicitur ab  
a ruis. quia terre fixis radicibus adheret / sicut  
ab herba quia ad modum herbe pullulet nas  
cendo prius. n. iacto semine herba oritur  
deinde gsera surgit in arbore et in puo  
tempore quod herba videras arbutum suspicis  
et dicitur arbor de fructifera sicut arbor di  
citur de fructifera et de sterili

Arboretum. ti. ubi arbores crescunt

Arboreus. a. u. et arborius. a. u. possessi.

Arbocula. e. parua arbor

Arbuscula. idem

Arbustum. ti. idem quod arboretum. ti. sicut pro  
arboribus ponitur. sed proprie pro nouellis et  
teneris in quibus insertio fieri potest

Arbutum. ti. fructus arbuti et est rubeum

Arbutus. ti. nomen quod arboris / vel arbu  
ter. tra. trum. de arbuto existens / tamen quod daz  
dicunt quod arbutum est nomen generale ma

foram arborum arbutus minorum et arbutus  
tum nomen generale omnium fructuum

Arca. ce. ab arcedo dicta quod arceat visum  
atque prohibeat

Arcanus. a. um. i. secretum a quo ceteri  
arcentur et caret aspiratione

Arcarius. ri. qui facit arcas

Arcarius. a. um. quod ad arcam pertinet

Arces. es. cui. ctum. a. g. pellere gstringe  
re prohibere

Arcera. e. verculum in arce

Arcesco. cis. inchoatiuum de actio. is. quod  
est prouocare. appellare

Arcello. is. iui. de arceo desideratiuum

Archadia. e. puincia in sinu Achayae quae  
Sitionia dicitur ubi candidae nascuntur merule

Archangelus. li. princeps angelorum / vel  
archangelicus. a. uz. possessiuum nomen

Archas. dis. Rex fuit filius Iouis et Ca  
listonis quae Archadam ciuitatem condidit  
vel hic et hec archas gentile seu patrium

Archetipus. pi. princeps figurarum

Archetipus. a. um. figuratus.

Archetipus. sis. f. artuum morbus

Archetipus. a. u. ille qui qualibet habet infir  
mitatem in artibus ex consuetudine vel ut me  
dici volunt qui quandam nodositatem  
in membrorum iuncturis patiuntur

Archia. e. principatus vel incipium

Archicoquus. qui. princeps est coquorum

Archidiaconus. dignitas Archidiaconi

Archidiaconus. princeps diaconorum

Archiepiscopalis. e. ad archiepiscopum pertinet

Archiepiscopus. tus. dignitas Archiepiscopi

Archiepiscopus. sumus. episcopus quae tam metropolita  
nis quam Episcopi praesidet / vel archiepiscopus. ii. eius  
domus / et archiepiscopus. aris. d. more

Archiepiscoporum se habere

Archigallus. princeps gallorum idem il  
lorum sacerdotum

Archigenes. is. m. principalis medicus

Archigraphia. dignitas archigraphi

Archigraphus. princeps scriptorum qui  
et cancellarius dicitur

Archileuita. c. m. idem. quod Archidiaconus

Archilogium. sermonis principium

Archilogus. Princeps vel primus in sermone

Archilogus est proprium nomen viri

Archimacrus. Princeps coquorum ab. ar  
cbos. et. macera. quod est macellum

Archimadritate. g. Princeps ouium nam  
mandros. dicitur ouis et per translatio  
nem dicitur quandoque de pastoribus spiritualibus

Archipirata. Princeps piratarum

Archipoeta. e. Princeps poetarum. m.

Archipota. e. Princeps potatorum idem  
magnus potator. m.

Archipotia. c. Principatus bibendi

Archipresbiter. eri. Princeps presbiterorum

Archipresbiteratus. t. tui. eius dignitas

Archisynagogus. Princeps synagoge

Archisterium. monasterium ab. arcbos.  
et. sterion. quod est statio

Archistes. vel archista. sagittarius

Architector. Princeps in edificando tec  
tum scilicet principalis artifex

Architector. d. facere tecta

Architectura. talis principatus

Architectus. ti. idem quod architector

Architriclinus. Princeps. triclini

Archius. grauatus

Archonius. aceruus manipulorum / aliarum  
reperitur / secundum grecismum facit hic archonem pro  
cumulo feni / bladum. f. fenem / garbayro

Archos. grece latine princeps

Arcia. e. agna

Arcicula. e. parua arx vel agna

Arcinus. a. um. idem agninus

Arcipus. pi. proprium nomen viri

Arcitenens. arcum tenens Apollo dicitur sic

Arcites. tis. m. sagittarius cum arcu sagit  
tans et equitans sicut turci et parsi

Arciuarius. ri. qui arcuius praestitit libros  
custodiens ab. arcio. dictus

Arcius. et arcium. tabularia sunt dic  
ta quod visum arceant

Arcticus. primus circulus celi Iesus septentri  
one sic dicitur quia in terra eius arctos est in arcticus

Arctofilax. cis. f. q. seruans vel amans  
arctos. i. vrsam ab. arctos. et. filaxe. quod  
est seruare vel filios quod est amor boetes dicitur

Arctos. grece. per artos. latine. i. vrsa sig  
num celeste quod et septentrio / dicitur a  
septem stellis in se reuolutis quae in modum  
plaustrum vertitur et dicitur maior vrsa

Arcturus. ri. sidus est post caudam maioris  
vrsae positum in signo boetes oritur autem  
tempore autumnali

Arctus. ti. idem quod arctos

Arcuatim. i. curuatim

Arcubus in arce cubans

Arcula. parua arca

Arcularius. qui facit arcas aut arculas vel  
custodit

Arculus. paruus arcus

Arcuo. as. a. cum arcu sagittare arcum cur  
uare vel ad modum arcus aliquid curuare

Arcus. c. q. hostes arceat istum arcem vel e  
mittens sagittas / arcus et dicitur fornix. q.  
arcta curuatione curuat / vel camera ad  
similitudinem eius plicata / arcus et dicitur celestis

idem et yris / arcus significat scriptas scias  
vel fortitudinem noui testamenti. q. nouo et  
duricia veteris flexa hinc a postoli tanquam  
sagitte mittuntur

Ardea. ee. avis est dicitur quod ardua super nubes  
volet et tatalis dicitur cum autem et alius  
volauerit significat tempestatem futuram

Ardea. ee. ciuitas olim prope Romam per  
.xviii. miliaria quia in arduo erat sita

Ardelio. onis. m. glutio quod ardes sit in lec  
citate

Ardens. tis. o. ab. ardeo. et comparatur  
vnde ardentius. me. aduerbium

Ardesco. cis. inchoatiuum

Ardeo. es. si. sum. n. i. vrere

Ardor. oris. verbale  
Arduentia. quedam silua quia ei9 ligna  
sunt ardua  
Arduitas. tis. f. altitudo et pprie motiu  
Arduus. a. um. excelsus dict9 ab. ardeo  
quia excelsa a sole ardeant et comparat  
Area. ee. locus vbi frumentum a paleis  
excuit9 dicta q non nisi arida trituret  
Area. significat ecclesiam vbi fruct9 ab  
integumentis purgatur boni a malis af  
fectu non loco  
Arech ciuitas que nunc Sadech dicitur.  
Aree. ap. in plurali opidum est in Arc  
tene puincia piscariis salinisq dotatur  
Arefacio. cis. a. aridum facere  
Arefio. fis. aridum fieri  
Arelatum. ti. gallie vrbs et est caput p  
uincie regni9 olim  
Arena. ne. ab ariditate dca ex hac calce  
q cementu fit si manu pssa stridet vel si  
veste scandida sparsa relinqrit bona e  
Arenarium. locus arenis plenus  
Arenarius. a. um. possessiuum  
Arenosus. a. um. arena plenus  
Arenula. di. de arena  
Areo. es. rui. n. esse vel fieri aridum  
Areola. e. parua area  
Areolog9. gi. virtuos9 et potes i smone  
Arcs. grece latine virtus  
Aresco. cis. incipere arere  
Arespōis. idecliable q dat nra pncipis  
Aretag9. falsidic9. medax. artificios9  
Arctium. ciuitas Italie / vnde aretina  
vasa rubea ex aretio dicta  
Arfaxat. proprium nome et interpreta  
tur depopulatio / hic fuit tercius fillius  
Sem a quo caldei orti sunt  
Arga. cucurbita vel simulatio  
Argaspide. m. z i pprali dci f tgdaz mi  
lifs q sub Alexandro militauerunt prop  
ter deargentata  
Argentarius. qui custodit argentum

Argenteus. a. um. de argento existens  
vnde argenteolus. a. um.  
Argento. as. argentu iponere In pbale  
Argento. grece interpretatur candor  
Argentum. ti. ab. argētos. vel. argiros  
quod greci argentum dicunt / argentum  
nume dr qd accedat materiis qb9 vti  
Argestos. ventus cborus  
Arges. mos capadocie nuq cart pruinis  
Argeus. a. um. gens de illo monte  
Argi. dci sut greci ab. argo filio Alpīs  
Argia. e. ciuitas i Grecia / argia pigua  
Argiletum. ti. locus vbi occisus e Arg9  
Argilla tra huida z tenax ab argis dca  
Argillofus. a. um. argilla plenus  
Argira. e. isula Indie oceano sita a deo  
fecudata argeto ur dr bre argetea sfficie  
Argiripa. vrbs quedam  
Argirite. is. m. qdam gema argenti ha  
bens colorem et quedam scemata aurea  
Argirus. ri. denari9 de argento proprie  
vel quia solet fieri de argento  
Argisteria. stationes nundine  
Argiuus. a. um. i. de Grecia  
Argos. os. oy. m. vel hic argon ideclina  
bile / vel hic argo. onis. prima nauis dca  
quia Argus inuentor fuit eius  
Argonauta. e. m. qui i Argo iuit aureo  
vellere querundo  
Argonautica. ce. liber ab Apolline com  
positus de argonautis  
Argonautus. a. um. possessiuum  
Argos. n. ciuitas est Tefalie  
Argumentatio. onis. f. argumenti ratio  
Argumentator. oris. itrix. tio. verbale  
Argumentor. ars. d. argumenta facere  
Argumentosus. a. um. plenus argumen  
tis et comparatur  
Argumetu. ti. i. res ficta / It puu op9 p  
missu i quo tota materia pcedent9 opis p  
libat z tc dr. q. argutu. i. callide inuetu  
It argumetuz rei dubie probamentum

Arguo. is. ut. a. quicet. ostriger. accusat  
Argus. gi. quidam grecus fuit et pastor  
totus oculatus  
Argucia. e. calliditas. versutia. differti  
tudo / Item argutie dicuntur argumeto  
rum experimenta diserte  
Arguto. as. fre. impugnare. reprobende  
re. se defendere / vnde verbalia  
Argut9. a. u. scdz q e nomen i trib9 sig  
nificationib9 inuet / argutu. i. breue vt  
argutu caput / argutu. i. arguu. i. sonon  
argutum. i. callidum eloquens / z compa  
ratur. tior. mus / vnde argute. tius. me.  
adu / et argutum. i. diserte  
Arida. e. terra a siccitate / arida signifi  
cat infructuosi hominis caro  
Ariditas. tis. f. i. siccitas  
Aridus. a. um. siccus / et comparat. dior  
mus / vnde aride. dius. sime.  
Ariel. proprium. leo deus / vel leo dei i  
terpretatur z quandoq ponitur pro for  
ti viro quandoq pro Iherusalem  
Aries. ti. m. i. veruex ab. areos. i. amare  
vl ab. ara. qa pmo in ara immolatus est  
aries. tis. bellicu tormet9 quo muri qua  
tiuntur / aries. tis. primum de duodecim  
signis celi quem gentiles Ioui attribuunt.  
Arietes significat apsi ecclesiar pncips  
Arietinus. a. um. de ariete existens vel  
pertinens ad arietem  
Arieto. as. cum ariete instrumento per  
cutere et arietare pertinet ad veruetes  
Arietulus. li. di. paruus aries  
Ariolor. aris. d. diuinare / vn verbale  
Ariolus. li. magus maleficus diuinator  
qa circa arā y dolon nepharias pces facit  
Ariopagita. e. m. magister in ariopago  
Ariopag9. gi. villa utuosa. vl villa vir  
tutis. f. vicus Athenis / ab ares virtutet  
pagus villa  
Arismapi. homines vnū oculuz habetes  
bellu cu gripbib9 facietes et smaragdōs

quos custodiunt auferunt sibi  
Arismetica. ce. scientia tractans de vir  
tute numeri ab. ares. et menos numerus  
vn arismetico. ci. et arismetico. a. u. tra  
ctans de illa scientia  
Arista. ce. dicta q primo areat. i. spica  
vel spicula spice  
Aristella. le. di. parua arista  
Aristatus. ta. tu. plures habens aristas  
Aristeus. pprium viri virtuosus fuit  
Aristobolus. Rex fuit iudee  
Aristophones. nomen poete  
Aristophorum. vas ad potus et pradia  
deferenda rusticis in agris  
Aristor. aris. aristas colligere  
Aristeus. proprium viri  
Aristologia. herba mulier9 fetib9 optia  
na sup cessa post partu matricē bñfitio  
vaporis sui expurgat / hui9 sē duo gene  
ra rotunda q radicem rotudam habeat  
longam q radicem longam cum ramis z  
foliis longioribus habeat  
Aristotelici. de secta Aristotelis  
Aristoteles. fuit qdam magnus philoso  
ph9 i scia et virtute magister Alexandri  
Ariumba. ciuitas arenosa in sine Grece  
Arma. on. generaliter omniu generum  
tela sz pprie arma qb9 defendimur tela  
qb9 oppugnam9 z q mittim9 dca ab. ar  
mis qa arma i brachiis exercēt z portāt  
Armabilis. le. habilis ad armandum  
Armagedeon. mos globos9 interpretať  
Armamentum. ti. firmamentu manuuz  
vel vbi arma reponuntur  
Armamentoridolum. puum armatorium  
Armatarium. rii. vbi tantum tela et ar  
ma reponuntur  
Armarium. rii. vbi quarumcumq artia  
instrumenta ponuntur  
Armatio. onis. f. nomen verbale  
Armatiuncula. di.  
Armatura. e. qua armamur

Armelausa. e. vestis ante et retro apta  
et armis clausa hec sclauitia dicitur  
Armelum vas sacrarum victimarum  
Armelus. li. vestis humeros tantum te  
gens sicut scapulare monachorum  
Armenia. dicunt greci vela  
Armenia. e. regio ab Armeno Comite  
dicta et sunt duo maior vel superior et  
inferior  
Armeniacus. ci. grece pomii ab Armenia  
Armentaria. locus ubi armenta sunt  
Armentarius. custos armenti  
Armentum. ti. quia aptum sit armis vel  
ferendis vel exercendis quia sit cornibus  
armatum / vel. q. aramentum ab. arando  
et e. proprie de maioribus grex de minoribus  
animalibus  
Armenus. a. um. gentile vel patrum  
Armenius. proprium nomen viri qui col  
lecta multitudine Armeniam cepit et eius  
nomine eam appellauit  
Armigatus. a. um. armigata dicunt or  
gana ad armum ligata  
Armiger. a. um. q. arma gerat  
Armilla. le. torquis brachialis dextroce  
rium circuli quia ferat in humeris viro  
rum ab armorum virtute victoriae causa  
Armillum. vas vinarium aptum ad por  
tandum in armis. i. humeris  
Armillustris. locus q. armis lustretur  
Armipotens. in armis potens et est. m.  
potest esse. o.  
Armo. as. a. arma induere  
Armomantia. diuination in armis anima  
lium / vnde armomanticus  
Armonia. e. dulcoratio et consonantia  
plurium cantuum ab armonia cois cantus celi  
Armoniacus. a. um. dulcis. suavis. delec  
tabilis  
Armus. mi. spatula sed armus proprie  
animalium humerus hominum  
Arna. grece latine agna

Arnaglosa. herba. f. agni lingua que a  
romanis plantago dicitur  
Aro. as. n. terram vomere girare / vnde  
verbale. tor. trix. tio.  
Aroma. tis. aromata dicuntur quecumq.  
fragantis odoris India vel Arabia mit  
tit vel alie regiones / ab. ara. quia aris im  
posita diuinis inuocantibus apta videantur  
Aromaticus. a. um. et comparatur aroma  
tice. tius. me.  
Aromatizo. as. n. i. redolere et ponitur  
transitiue vt aromatizo huc. i. aromate  
vngo vel aromate redolentem facio  
Arpa. instrum. musicum agente arpon. sca  
Arpagasuccinus. q. a tritu digitorum  
vel vestis fricatione accepto calore pale  
asque rapiat hec vulgo dicitur ambra  
Arpalite. una ex mazonibus  
Arpax. uncus ferreus / dicitur quia arri  
pit quicquid cadit in puteum.  
Arpe grece rapere latine hinc arpax  
Arpe. gladius Mercurii falcatus  
Arpia. e. quaedam avis rapax sicut accipiter  
Arpinas. tis. gentile  
Arpinum. castrum nomen est  
Arpus. populus est Italie  
Arquates forfices  
Arquitenens. arcum tenens nam antiqui  
arquus pro arcus dicebant  
Arra. re. dicitur a. re. p. qua datur vt co  
pleatur et datur pro certitudine cuius quod  
emittitur et non vt reddatur tanquam pignus  
Arrabo. onis. m. vadimonium est proprie  
quod datur pro bona re ut pro coniugio  
.q. arra bona que antequam datur pro mala re  
non est arrabo sicut pro fornicatione vel  
violatione  
Arradico. as. a. ualde aliquid radicare  
Arrepticus. a. u. q. arripit vel arreptio est  
Arreptus. a. um. parti. inuasus aggressus  
Arrianus. a. um. arriani dicti sunt qui  
dam heretici ab Arrio quodam presbitero

alexandrino qui coeternum pater filium non  
agnoscens diuersas in trinitate esse sub  
stantias asseruit  
Arrigeo. es. ui. n. ualde rigere  
Arrigo. as. a. ualde vel iuxta rigere  
Arrigo. gis. xi. ctum. a. sursum vel val  
de ad aliquem rigere  
Arrigo. gis. xi. ctum. n. ualde irasci. in  
dignari  
Arripio. pis. pui. ptum. a. inuadere. ca  
pere. agredi  
Arrodo. dis. si. sum. a. ualde vel iuxta  
rodere  
Arrogans. tis. o. superbus dicitur quod val  
de rogetur et fastidiosus sit / et compara  
tur. tior. mus. arroganter aduerbium  
Arrogancia. e. superbia  
Arrogo. as. supbire pro supbiam acquirere  
uel sibi attribuere  
Arrugo. as. iuxta vel ualde rugare. a.  
Arrumo. as. a. rumores facere vel asferre  
Arrumpo. pis. pi. ptum. a. ualde frangere  
Arrux. cis. proprium qui canullam interfecit  
Arruptus. a. um. diuisus apertus  
Ars. tis. f. dicta quod artis preceptum / regulis  
constat. Item ars facultas que per instrum. et  
materiam artificis preceptum puenit ad effectum  
ita quod hec simpliciter significationem non  
habet sed ad plura intelligitur vel ars est  
elegantem operandi doctrina vel usu com  
parata facultas  
Araxes Reges Persarum sicut Augustus et  
Cesar Reges Romanorum  
Arsenicum grece auripigmetum latine color est  
Arsenerse jobu defectiuum. i. auerte ignem  
Arsis eleuatio uocis. i. incium  
Artaba. e. genus mesure siriacae que tres  
capit modios  
Artabatica. e. genus mostri in Echiopia  
prout ut pecora ambulantes quadraginta  
etatis annu nullum supgreditur sauri boines

aduncis manibus cornua habentes in fiore  
bus et caprarum pedibus similes quasi arte  
gradientes  
Artabilis. le. ad artandum abilis  
Artanus nisi cultellus scriptoris  
Artelabo artificium laborate uentis  
Artemis grece latine diana dicitur  
Artemisa. e. herba diane a gentilibus co  
secrata unum et nuncupata nam artemis diana  
Artemo. onis. m. uelum nauis breue quod  
quia melius leuari potest in fumo piculo exte dicitur  
Artemum. mi. puum uelum quo in aquis dul  
cibus utimur  
Arteria. e. arterie sunt fistule uel uene dic  
te quod artis itineribus teneant uitalis spiritum  
uel quia per eas spiritus a pulmone exeat  
Arterialis infirmitas dicta quod uoce rauca  
reddat claudens arterias  
Artericum medicamentum quod gutturis  
mandui aptum sit  
Artesis. is. f. podagra siue artuum morbus  
qui et artetica dicitur  
Arteticus. a. um. qui habet infirmitatem  
in artibus vel qui quandam nodositatem  
membrorum patitur in iuncturis  
Articus. ci. m. morbus ab articulo passio  
ne nomen sumpsit  
Artiaena ciuitas est in Armenia  
Articula. e. parua ars  
Articularis. e. q. habet officium articuli  
Articulatus. a. um. articulis compositus  
vnde Articulatum  
Articulo. as. a. copulare uel compillare  
Articulus. li. puus artus uel digitus Item  
articuli dicuntur quod nominibus artentur / vt hic  
orator hec fama hoc animal  
Articulo diei illius in fine in hora in momento  
Articus. a. um. q. habet infirmitatem in ar  
tibus uel q. patitur in nodositate membrorum  
vt in iuncturis  
Artifex. dis. q. artem facit. o. in quo terra

generalit̄ esse debet natura doctrina usq̄  
temporis  
Artificialis. le. ad artem spectans  
Artificina. e. locus ubi artes exercentur  
Artificiosus. a. uz. industriosus plen⁹ arte  
Artificiū. cū. quod ē factū manibus. Itē  
artificiū p̄stigiū fallacie magisterium  
Artite a ducbium. i. ingeniose  
Artitus. a. um. bonis artibus instructus  
Artiplex. cis. o. duplici arte doctus  
Artiuū grecorū ensis vel gladius  
Arto. as. fre. de arceo arcere vel copulaf  
Artocop⁹. pi. i. pistor vel panis factus  
cū labore ad opus dñi ab artos quod est  
panis et copos quod est labor  
Artocrea. ee. panis carnē cōtinens uulgo  
torta cibus ex pane vel pasta ⁊ carne  
Artotrite heretici qui panem et caseuz  
in sacrificio offerunt  
Artorius. ri. panis qui tm̄ habet caseū  
Artox. cis. o. faucios⁹ p̄lipellis mal⁹ re⁹  
Artuacim membratim  
Artuo. as. diuidere ad inuicem artus s̄  
nō est in vsu Artuosus. a. ū  
Art⁹. e. ū. m. cū mēbra colligāt ab artā  
do dictus  
Artus. a. um. strictus  
Arua. e. tellus ab arando ⁊ colēdo dicta  
Aruabile. lis. hostia cū q̄ arua ambiebāt  
q. aruorum sacrificiū  
Arualis. le. rusticus agrestis  
Aruas demens  
Arudes edentes circuncedentes  
Arugo. inis. color. sicut pedis accipitris  
et arugo corruptio in aere per quod sege  
tes contrahūt in naturalem colorem  
Arulla patella vel carbonum craticula  
Aruma pinguedo cuti adherens vñ aru  
matus. a. um. i. impinguat⁹/arumaf⁹. a.  
um. crassus et compāt arumafior. m⁹. vñ  
arumose. i⁹. me. aduerbium  
Arumagus Rex Britanie

Arumula. e. di. parua aruma  
Aruiolum. li. paruum aruum  
Arula. e. di. parua ara  
Arundinctum. ti. locus vbi arundines  
crescunt  
Arundineus. a. um. de arundine exis  
Arundo. inis. f. cāna quia cito arcat vñ  
pprie ei⁹ foliū arundo significat scrip̄az  
quia ea scribitur  
Aruncia. e. locus Campanie  
Aruspex. cis. g. diuinator. q. ararum in  
spector  
Aruspicina. e. domus aruspici vñ loc⁹  
vbi diuinatur  
Aruspiciū. ci. i. diuinatio  
Aruspitor. ris. d. i. diuinare vñ verbale  
Aruspicator. trix. tio  
Aruulum paruum aruum. di.  
Aruum. ūi. campus ab arando dictus  
Arx. cis. f. arces sūt excelsē ptes meniu⁹  
quibus hostes arcantur  
Arxadi grece Ingredior latine  
Arxegos grece Princeps latine.  
a S. assis. m. genus ponderis et p  
libra ponitur ḡstans duodecim  
vncis  
Asa ppriū ē ⁊ interpretatur tollens siue  
sustollens  
Asalazar maior prepositus  
Asaneus filius Canaan a quo Asanel  
Asaph ppriū interpretat congregans  
Asaratus. ti. pat̄ Laumedotis Princeps  
Troie vñ Troiani dicti sūt Asarati  
Asarron qui est termin⁹ Damasci latine  
atrium fontis dicitur  
Asarum. ri. herba est nascitur in vmbro  
sis montibus floribus cassie similis us  
Asbestus. ti. lapis ferrei coloris ab igne  
nomen sortitur nam semel accēsus nunq̄  
extinguitur in Archadia nutritur etiā  
asbastus dicitur quidam populus  
Ascalon. onis. vrbis Palestine

Ascalonia. e. herba ab scalo dicta vnde  
annecta est  
Ascana filius gomerum  
Ascanius filius Ence que albam longam  
condidit. a qua dicti sunt Epi albaneses  
Item Ascanius filius messis  
Ascarida. e. deus intestinorum circuit⁹  
et latus  
Ascella. e. locus sub brachio dicta q̄ ab  
eis brachia cilleant̄ has quidā subbricos  
vocat quia fetorem bircorum reddant  
Ascendo. dis. di. suz. n. ad aliquem locū  
scandere  
Ascensus. sus. m. sursum scio vel itus  
Asci tanquam quasi  
Ascia. c. dolabra. q. acute scindēs dicta  
ab astulis que a ligno exeunt  
Asciani aduerbiū dolati cellim diuisim  
Asciculus paruus astis  
Acio. as. a. acuerē vel dolare  
Ascio. is. ūi. itū. n. acquirere adiungere  
vnde ascisco. cis. inchoatuum  
Asciola. le. di. parua ascia  
Ascis. cis. m. securis lignariorum.  
Asclepinus. ni. sculapii dicitur filius fuit  
Apollinis medecine repertor  
Ascopa. e. vas vitri simile vnde iudith  
imposuit Abre sue scopā vini et uas olei  
Ascra insula vnde fuit Esiodus  
Ascreus dictus est Esiodus ab ascra  
Ascribo. bis. p̄si. ptum. asserere. destinaf.  
deputare. appriare. vnde ascriptus. a. um  
descriptio  
Ascriptici⁹. ci. Ascriptici sūt qui cap  
tis dant precium asistentes secretis  
Asella. e. parua asina  
Asellus. li. di. paruus asinus  
Aser. beatus dicitur quia cuz peperisset  
cum zelpha dixit Lia beatam quippe te  
dicet mulieres. p̄ ea appellauit eū Aser.  
Asfastillatus idem ⁊ mare mortuum qd

gignat nichil viuū recipiat nec uentis  
mouetur  
Asfeltum bitumen  
Asia. e. f. pars orbis tertia quo ad nume  
rum sed quoad magnitudinē pars media  
reperitur dicta a nomine cuiusdam muli  
eris sic appellate que apud antiquos impe  
rium tenuit orientis hec ab oriente ortu  
solis a meridie oceano ab occidente vero  
mari finita a septentrione meotide lacu  
et Tanay fluuio terminatur et sunt due  
Asie maior et minor / maioris sunt prin  
cipales prouincie Archadia / India Par  
thia / Siria / Persida / Media / Messopo  
tania / Capadocia / Palestina / Armenia  
Cilicia / Fenicia / Caldea / Hysauria E  
gypt⁹ et Libia continet Cyclopes / Alba  
nos / Parthos / Scitas / et Hircanos mōtes  
precipuos Thaurum / Clipum ⁊ Cauca  
sum flumina precipua Nilum / Tigrim  
Eufratē / Idaspē / Gangē / et Tanay  
minor Asia ab oriente Licia includit et  
Frizia ab occidēte Tigre litorib⁹ a me  
ridie mar̄ egipciū a septētrione Pasagoia  
Asianus. a. um. de illa patria  
Asiaticus. a. um. idem  
Asida. fide. auis strucio que cum venit  
tempus vt oua pariat leuat ad celos ocu  
los nec priusq̄ vigiliam uiderit oua de  
ponit sed cum orta uiderit oua i terram  
cooperit et ea obliuiscitur s̄ terre calidi  
tas in terrā illam ea decoquit donec pul  
li prodantur Asida etiā stella dicitur  
Asilum. li. domus refugii quaz Romul⁹  
fecit sed modo est ecclesia  
Asilus. li. musca q̄ boues stimulat quā  
greci oestrū vocant et rustici tabanum  
vnde p̄s⁹. Turbat asil⁹ apes mī. succur  
rit asilum  
Asina. e. femella asini et significat caro  
uī plebs carēs dei notitia ⁊ iugo assueta

Afinari<sup>9</sup>. rii. q. custodit uel ducit afinos  
Afinarius. a. um. quod pertinet ad afinuz  
Afinonia greci inconsonantiam dicunt  
Afineron quando due orationes coniun-  
guntur in vnam a fin quod est con et the-  
sis positio

Afinus. ni. animal stolidum. q. a sed<sup>9</sup> na-  
prius infidebatur afinis afinus significat  
corpus humanum vel populus genialis

Aslum spoliū

Asmodeus. ey. nomen est demonis

Asopus. pi. flumen Thebalie ut asopus  
ubi mulea venalia sunt

Asor urbs

Asotus. a. um. luxuriosus

Aspar nomen cuiusdam barbari est  
Asparagus. gi. dictus q. eius fruct<sup>9</sup> sit  
spinos<sup>9</sup> et asper quedam herba e. asparagi  
in cibo sumpti stomacho profunt calidi  
insuper et in aqua cocti vesice causas tu-  
rant et calculos frangunt boletus etiam  
dicitur sic asparagus est quidam piscicu-  
l<sup>9</sup> etiam optimi saporis

Aspecto. as. a. fre. de aspicio. is.

Aspectus. tus. verbale de aspicio

Asper. a. um. durus superbus acerbis no-  
plan<sup>9</sup> intractabilis et comparatur. rior.  
rimus aspere. rius. me

Aspergineus. a. um. quod aspergitur

Aspergito. as. fre. de aspergo. gis.

Aspergo. inis. f. aspersio

Aspergo etiam nomen auis marine asp-  
go etiam uestis feminay uel uestimentoru  
superfluitas

Aspergo gis si sum. i. distantius operire  
perfundere

Asperitas. tis. f. duricia truculentia non  
lenitas

Asperno. nis. preui. pru. a. ualde sperere

Aspero. as. asperum facere

Aspersio. as. fre. de aspersare

Asperfo. as. fre. de aspergere

Asperforium. rii. cum quo aspergimus

Aspicio. cis. xi. ctu. ante itueri sed aspi-  
cimus uoluntate itueamur circa unde aspe-  
ctus

Aspiro. as. n. anelas deuenit ualde spi-  
rare fauere unde aspiratio

Aspis. idis. f. spes que cito interficit. q.  
dictus quia moriu uenena spergat

Aspita ruina

Asporto. as. a. longe portare remouere  
vel aliorum absentare

Aspa. e. lignum latum et dolatum

Asatura. re. crematura aslatus. a. um.

Assecla. e. qui sequitur aliqua lucri cau-  
sa Cliens discipul<sup>9</sup> domestic<sup>9</sup> becellari<sup>9</sup>

Assectator imitator

Assector. aris. d. sequedo adipisci asseq

Assecula idem quod assecla

Assentio. onis. idem quod ascensus

Assensus. s. i. consensus in qualibet re

Assentio. is. si. sum. n. assensum prestare

Assentior. d. idem

Assenta. te. idem quod assensus

Assentaneus. a. um. qui cito prebet sen-  
sum uel assensum

Assencie assentationes adulationes

Assentisco. is. inchoatiuum de assentio

Assentoraris. d. adulari nam adulatoru  
est assentire

Assequor. eris. d. ualde uel iuxta sequi

Asser. is. m. pal<sup>9</sup> paxill<sup>9</sup> ab asse dicit<sup>9</sup> qa  
soli no giucti ponunt i tectis. p. asser qa i  
fideat pieti z tibi. p. vn<sup>9</sup> soli isat i piete

Asseres dicte sunt femine que nunq<sup>9</sup> oba  
dabant z sub quaz cura nucubant infantes.

Assero. ris. rui. fruz. iuxta plantare. n.

Itē assero. as. a. liberare manutene<sup>9</sup> affir-  
mare adiungere

Assertio onis. f. affirmatio

Asserto. as. a. fre. de assero

Assuero. as. affirmare asserere

Assidesco. is. icho. d. assideo p assidesco

Assidela. le. mensa iuxta quam sedem u

Assideo. es. fessis a. iuxta sedere q parari  
assimulari et assidere esse similem

Assideron uerba sine giuctione ut tepes-  
tas grado uenti huic gri<sup>9</sup> est polifideron  
ut tectumq<sup>9</sup> larem<sup>9</sup> armaq<sup>9</sup>

Assidue adubi<sup>9</sup> studiose sollicitate g<sup>9</sup>tinue

Assiduitas. tis. f. sollicitudo g<sup>9</sup>tinuitas

Assiduo. as. n. esse uel fieri assiduum

Euisco. as. a. valde uiscare uel a uisco re-  
mouere  
Euitanus. a. u. in euo perdurabilis  
Euitatus vita priuatus  
Euitermus. a. um. idem  
Euitabilis. e. quod potest uitari  
Euito. as. a. valde uitare  
Eulogia. e. x sunt eulogie benedictiones  
bone/bone donationes  
Eulogicus. a. um. benedictus  
Eulogium. gi. sapia bona fama testimo-  
nium uel cantus. Item eulogie dicuntur lau-  
des electe et sumatim collecte ut si quis i  
ymagine alicui9 laudes scribit eulogie dnr  
Eulogius. a. u. idem qd eulogicus  
Eumenis. idis. f. i. furia infernalis ab eu  
qd est bonum x mene defectus. q. in bono  
deficiens  
Eumorphosis. is. beneformatus ab eu et  
morphosis  
Eunucia. e. facies sz pfr enucie. ap. dicitur  
Eunucizo. as. eunucum facere  
Eunuco. as. idem  
Eunuc9. ci. m. grecum est. i. spado bon9 q  
dem coeunt sz tamen uirtus in semie nul-  
la est liquoz habent et emittunt sed ad  
gignendum inualidum  
Euo. as. insaniare. Item euare pro euacu-  
are et fugere et prouocare  
Euocati qui militant sine sacramento  
Euocatio quedam figura allotete qui con-  
tinetur sub sinebese. Item euocatio dicitur  
dum ad subiectum bellum no solum mili-  
tes sed et ceteri uocantur  
Euoco. as. a. extra uocare  
Euolo. as. n. valde uolare elabi abire pro-  
trahere

**Euoluo.** is. ui. lutu. valde uoluerē expli-  
care extendere  
**Euomo.** is. mu. itum. valde mouere  
**Euphemismos** bona uerbi p uerbo muta-  
tio ut lingua mea iusticiam tuā ab eu qd  
est bonū et pbemismō qd est mutatio et  
est color rethoricus  
**Eupolis.** is. grece bona ciuitas  
**Euprepia** pulcritudo decor  
**Euripes.** idis. grece poeta fuit ab euripo  
mari iuxta quod natus est  
**Euripus.** pi. maris estuatio uel loc⁹ in ma-  
ri piculosus. q. bona ripa per grū eurip⁹  
etiam dicit maris reductio uel aquarū q  
fit fm clementum uel incrementū lune uel  
alia re manufacta. Itē euripus mare im-  
petuosum iuxta Athenas  
**Euroauster.** tri. uentus collatialis inter  
eurum et austrum  
**Europa.** e. Agenor Regis libie filia fuit  
quam Iouis ab Africa raptaz cretam ad-  
uexit et ptem terciarū orbis ab ei⁹ noie ap-  
pellauit. Iste est Agenor libie fili⁹ ex Li-  
bia. i. Africa fert cognōiata vnde appet  
prius Libiam habuisse uocabulū deinde  
Europam / Europa autem in terciā orbis  
pte diuisa incipit a flumine Tanay des-  
cendens ad occasum p septentrionalez oce-  
auuz nscq in fines Hispanie cui⁹ ps orien-  
talis et meridionalis a ponto consurgens  
tota mari magno coniungitur et in Insu-  
las gades finitur  
**Europius.** a. ū. ad europam pertinens  
**Eurofion.** i. alterius creature  
**Eurota** filius fuit Licaonie  
**Eur⁹.** ri. vct⁹ flās ab crieto. q. ab co ruēs  
**Eus** aduer. vox uocantis est  
**Eusebia.** e. bona pietas ab eu et sebia pie-  
tas / hinc ciconia grece dicit eusebes. i. bo-  
ne pietatis fert enī q sicut alita a petib⁹  
dū pua est ita post senes pentes alat

**Eusebius.** ii. i. pius. Item eusebius. ppiū  
nomen cuiusdam sancti  
**Eufis** fluius qui a montibus fufus cauca-  
sis cuz pluribus aliis in eufinū se pcpitat  
mare vnde et dicitur  
**Eustochium** femina. i. benefortunata et ē  
f. ga qualitas uocis essenciā rei nō mutat  
**Eutex.** i. felix / eutice. i. felicissime  
**Eucices.** icis. i. benefortunatus  
**Euticiani** dicti sunt quidam heretici ab  
eutico Constantinopolitani Abbate qui  
prius Xpm humanam assumptionem ne-  
gauit in duabis naturis existere sed solā  
diuinam asseruit in eo esse naturam  
**Euticus** fortunatus hebraice uiuens  
**Euum.** cui. scilicet temp⁹ uel spacium qd cū  
mundo cepit esse euum et est presentari⁹  
stat⁹ oim q sunt q fuerūt et q futura sunt  
X prepositio est et habet eandē  
significationem cū. e. a. ab. abs.  
in ppositione pponit. c. f. i. quaz  
conuertit euphoniē causa. h. p. q. s. q sep-  
tollit. t. et omnib⁹ uocalib⁹ ut excubo ex-  
ficio exhibeo expono exquiro exsequor ex-  
trabo exegi exigo exoletus exultero. Itē  
ex pro extra accipitur ut excludo extorq.  
mouo est priuatiuū ut explico / modo intē-  
tiuū uel expletiuū ut expleo efficio. Itē ex  
pro vald ponit ut excels⁹ / hex p. b. i. sex  
**Exacco.** as. i. exsacco  
**Excerbo.** as. uuas acerbis colligere / aspa-  
re vnde sbalia  
**Exacercio.** onis. prouocatio  
**Exacero.** as. abicere / purgare.  
**Exaceruo.** as. a. ualde accruar und sbale  
**Exacresco.** cis. ualde accrescere  
**Exacino.** as. acinos de racemo tollere  
**Exactio.** onis. f. sbale de exigo. Item ex-  
actio iniusta peticio  
**Exactor.** oris. m. etiam verbale  
**Exactus.** a. ū. picipium de exigo exacta

perfecta inquisita  
**Exacuo.** is. ui. utū. a. ualde acere  
**Exagamia** pprietas q qd dicit exagamus  
**Exagam⁹.** a. uz. qui sex habet uel habuit  
vxores uel maritos  
**Exagero.** as. a. ualde maius facere. ualde  
cumulare  
**Exigito.** as. commouere conturbare  
**Exalage** quidam color rethoricus  
**Exalbus.** a. um. non albus sed ppe  
**Exalgeo.** es. ualde algere vnde exalgesco  
**Exalo.** as. n. foras spiritum emittere uel  
de uita recedere spirare redolere  
**Exalto.** as. sursum eleuare in altum extol-  
lere. vnde sbalia  
**Examen.** inis. filum. medium. in quo tru-  
tina et statera regit et lances equant. uel  
examen illa lingua que in foramine truci-  
ne uertit huc et illuc fm quam cōsiderat  
equalitas ponderatorū vnde et examen  
dicit iudiciū discretio pbatio inquisitio /  
examen etiam dicit apū congregatio et p-  
translationē hominum  
**Examino.** as. pbare aqualitē iudicare dis-  
cutere inuestigare et diligenter inquire  
vnde sbalia  
**Exemplo.** as. exaspere insinuare  
**Examustum** adū. i. ualde sine dubitacōe  
et omnino  
**Exanco.** as. haurire  
**Exancoro.** as. acora euellē dissoluē nauē  
**Exanguinis.** c. sine sanguine  
**Exanimat⁹.** a. ū. trit⁹ gsternat⁹ terrestri  
Exanimis. e. mortu⁹ sine anima. vnde ex-  
animitas et exanimiter aduer.  
**Exanimo.** as. ext animā ponē et inficē  
**Exanim⁹.** a. ū. idem q exanimis  
**Exapolis** sex plicas uel sex colūncellos et  
posit p sex exemplarib⁹ uel in pntatiōibus  
**Exarcano.** as. a. xonerare  
**Exardeo.** es. ualde ardere et exardesco

**Exaro.** as. n. p ualde arare sed pro deseri-  
bere. a. vnde verbale  
**Exartuo.** as. separe artus adinuicē et hīc  
sbale. vnde exartuatus. a. um.  
**Exascio.** as. ualde dolere  
**Exaspero.** as. ualde aspare  
**Exasse** ex toto ex amustum  
**Exaudio.** is. iui. itū. a. audita ad effectū  
ducere. vnde sbalia exaudita. trix. exau-  
dicio et exaudibilis. vnde exaudibiliter  
et exauditus. a. um.  
**Exaugeo.** es. xi. ctū. ualde augere  
**Exauro.** as. ex t auctem facere delere cō-  
ponere. vnde exauratorus. a. ū. ext auct-  
tem positus deletus  
**Exaxugio.** es. a. ext axugiam auferte  
**Exberbis.** is. adolescens sine barba  
**Excalcio.** as. calciamentum aufere  
**Excandeo.** es. diu. n. ualde scandere iras-  
cie candesco incho.  
**Excanto.** as. ualde cantare  
**Excarnifico.** as. dilacerare uel cruciare  
**Excanturigo.** as. aqua scaturientem uel  
bullientem plumam aui auferre  
**Excauo.** as. ualde cauare unde excauatio  
**Exceco.** as. a. ualde cecare  
**Excedo.** dis. si. n. extire extra cedere sed  
pro excellere supare. a. vnde excedens et  
excedenter  
**Excedra** spens cuius vno capite cisso tri-  
a excrefebant  
**Excelleo.** es. lū. n. et absolutum et cōstru-  
itur tm cuz ablatio ut iste excellec sapia  
**Excello.** is. culi. uel. lū. culuz uel celsum  
et sunt eiusdem significationis excello et  
excelleo supare ante stare excello cōstruit  
cum actio et deio et ab excello hīc et hec  
et hoc excellēs. tis. o. et comparatur vnd  
excellenter et hec excellentia  
**Excelsus.** a. ū. ualde celsuselat⁹ imensus  
latus emineus et comparat. vnde excelle

9. me. aduer. et hec excellendo  
Excendo. dis. n. valde scandere  
Excepto. as. frequenter excipere  
Exceptori. a. n. q. excipit ut excipi dby  
Excoerebro. as. a. inficere ext cebra mitte  
Excerpto. pis. phi. ptu. ext carpere extra  
ligere extra hère vnde verbale  
Excess. 9. ff. ubale d excedo act. excedens  
Excetera. e. i. excetra  
Excibo. as. a. perfecte cibare  
Excidius. a. um. plenus excidio  
Excidium. dis. destructio euerio casus  
Excido. dis. di. n. extra uel ex aliquo ca  
dere destruere euertere. vnde excidium e  
uerio vrbium ut excidium Libie  
Excidius. a. um. quod facile cadit  
Excio. es. ciui. ciu. a. puocare comouere  
Excillo. as. n. cum vxore esse  
Excido. dis. di. ciu. uald scide destruere  
Excio. is. iui. itum. a. idem q. excio  
Excipio. pis. cepi. ptu. a. eligere exbere  
ext cape sup alia capere latenter recipere  
inuadere et ptinet ad insidiatores  
Excipulum venabulum quia a prum ueni  
entem excipiat  
Excipu. a. u. precipu melior quia meli  
ora solent excipi et eligi  
Excito. as. a. puocare gmouere vnde exci  
tatus. a. u. gmotus expergescens  
Exclamatio est cum frequenter clamat ut  
o quib. o q. o qualib. est viduata et est  
color rethoricus  
Exclamo. as. a. valde clamare  
Exclitoriu lacus Italie qui ex eo biberit  
tedium vini habet  
Excludo. dis. si. sum. a. extra claudere ex  
tra clausuram emittere repellere  
Exclausari. rii. Ianitor q. foras excludit  
homines  
Exclufor. oris. idem  
Excodico. as. circa codicem arboris terrā

aperite et velut latum officere  
Excolens. tis. o. qui excolit uel pur. et de  
latose et diligenter patus et spat. or. m.  
Excolitus. a. u. bene cultus et diligenter  
Excolo. is. lui. cultu. diligenter colere  
Excolo. as. a. valde colare  
Excomo. is. phi. ptum. a. ualde comere  
Excomunicatio. as. a. ext comunione facere  
comunione priuare vnde hec excomuni  
cacio. onis. actus verbi  
Exconsul. lis. m. dictus q. iam a consula  
tu extert pacto vicis sue Anno  
Excoquo. is. xi. ctum. a. ualde coquere  
Excorio. as. a. corium auferre  
Excors. dis. o. iners fatuus insipiens et est  
excors quasi extra cor  
Excorrigio. as. a. dissoluere  
Excosto. as. a. costas extrahere  
Excrementum. ti. qd suprescit ut in ar  
boribus qd putamus seu qd expuimus  
Excreo. as. n. ext creare excream eicere  
Excreco. cis. creui. tu. n. uald ul ext cre  
Excretus. a. um. ualde cretus ira plenus  
Excrusto. as. a. crustam auferre  
Excubie. ap. vigilie custodie insidie  
Excubitor. oris. m. dict. q. excubias sem  
per agat sunt eni excubitores de numero  
militum qui in portibus excubant pp  
regalem custodiam  
Excubo. as. bui. itum. licet fm antiquita  
tem inueniat in au. et in atuz. n. vigila  
re ca custodie q. faciut q. loca custodiunt  
Excudo. dis. cudi. cullum. a. ualde cude  
uel cudendo extrahere  
Exculco. as. ualde culcare  
Exculpo. as. a. defendere culpam imposi  
tam alicui remouere excusare  
Excumbo. bis. bui. itum. n. idem q. excubo  
Excurro. rris. cucurri. extra currere uel p  
transire. n.  
Excurso. as. frequenter excurrere. vnde

excursus. sus.  
Excuso. as. a. exculpate. q. ext cusionem  
ponere. q. non cudere uel excusare uel. q.  
frequenter cudere ut ille quez excusat sit  
extra malam famam  
Excussor. oris. homicida sicarius latro  
Excutio. is. si. sum. a. querere uel subti  
liter inquirere  
Exdignum non dignum  
Exebenus. q. dam gema preciosa et can  
dida qua aurifices aurum poliunt  
Execrabilis. e. pessimus abominabilis.  
Exero. as. a. ul poti. exor. ar. d. male  
dicere excommunicare detestari horrere ex  
tra sacrum ponere  
Executor. oris. m. causarum profecutor et  
qui exequatur  
Exceda. e. extior sedes vbi Papa sedet  
quando comunicat populus  
Exedo. is. si. sum. n. ext ul ualde edere  
Exedra. e. cathedra thronus sedes sella  
sugget. camera secreta ul locus thesauri  
uel locus subsellioz absidia tarantara  
uel locus quidam sepatus a pretorio. Itz  
exedra genus est fenestre que exterius di  
latatur et interius coartatur  
Exemplabilis. e. qd alicuius exempli com  
paratione simile est  
Exemplar. ris. ymago forma ul liber qui  
translatatur  
Exemplifico. as. exemplū facere narrare  
Exemplo. as. a. a simili simile facere  
Exemplum qd exemplari assumitur  
Exemptus. a. um. sublatus extractum  
Exenium. nli. mun. qd alteri mittitur et  
qd vulgo present d. et. exenium. di.  
Exensis. e. sine ense. Itz exensis. e. i. sine  
sensu ab eximie  
Exetero. as. euiscerare intestina extbere  
Exeo. is. sui. egredi extra ire  
Exequie. ap. officiu mortuoz et obsega

que fiunt circa sepultura. vnde hic et hec  
exequialis. e. ad exequias pertinens  
Exequo. as. a. valde equare  
Exequor. oris. d. ext alia sequi aliquid p  
ficere ad effectum ducere insistere ad aliqd  
facendum. vnde hec exequio. i. effectus  
Exerco. es. a. operari expiri.  
Exercitium. cil. i. exercitacio  
Exercit. a. u. arte et studio structus  
Exercico. as. frequenter exercere  
Exercitus. a. u. laboribus fatigatus  
Exercitus. e. collectio hominum in expe  
ditione. ab exercitacione belli dictus  
Exermis. e. extra arma  
Exermus. a. um.  
Exero. is. ul. ercum. a. foras emittere. de  
nudare. manifestare  
Exerto. as. fet.  
Exestuo. as. valde estuare  
Exesus. a. u. valde euacuatus consumpt.  
Exfreto. as. nauigare  
Exbaurio. is. si. stum. a. valde baurire  
uacuare. vnde exbaurus. a. um  
Exberedat. a. u. ext bereditatem fact.  
Exberedo. as. a. extra bereditate ponere  
bereditatem auferre  
Exberes. dis. extra bereditatem positus  
Exbibeo. es. bui. itum. offerre presentare  
dare. a. vnde verbalia  
Exbilaro. es. valde hilarere. vnde exbi  
laresco. incho.  
Exbinde. binc. deinde. post. g. tinue  
Exbonoro. as. a. vitupare q. bonore face  
Exborreo. es. rui. n. valde horrere  
Exborresco. cis. incho.  
Exbortor. aris. g. valde bortari vnde b  
bale exbortator. trix. cio. et exbortator.  
. a. um. et exbortabilis. e.  
Exicco. as. in exsiccio vide  
Exicialis. e. mortiferum piculosum  
Exiciosum. si. paruum excicium



Exiclosus. a. uz. plenus exicio mortale pe-  
riculosum  
Exicium. ci. tormentum mors calamitas  
pauersus casus  
Exigo. gis. egi. ctum. a. repellere pficere  
et inueste petere. Item exigere ext ul ulf  
agere z exigere. i. diuidere. Item exigere  
quadoq simpliciter ponit p requirere uel  
petere. vnde verbalia exactor. trix. cio.  
Exiguus. a. u. puum multu ezens debile.  
Exilio. is. lui. uel. liui. ultum. n. extra ul  
valde salire  
Exilitas. tis. tenuitas macredo subtilitas  
debilitas  
Exilis. e. tenuis macer ab ex et hilum uel  
exilis. q. sine lib9 no eni exilis videt ha-  
bere illa ul exilis ab exeo quia possit per  
angustum exire et coparat vnde exiliter  
Exilium. lii. positio extra prium locum  
exterminium ab exulo  
Eximietas sublimitas magnitudo nobilitas  
claritas  
Eximius. a. u. maximus preclar9. nobilis.  
sublimis. et habet vim suplatiu9 et gstru-  
itur cu gciout Dauid eximius pphetaru  
et comparatur per suppletionem ut eximiu9  
magis eximius/eximiuissimus  
Eximinutuo. as. de paupe paupem face  
Eximo. is. emi. ptum. auferre extrahere  
Eximprouiso adu. i. sine puiione subito  
repente  
Exin aduer. gfestim deinde  
Exinanio. is. iui. itum. a. depremere eua-  
cuare diminuer  
Exinde vide in inde  
Exintegro aduer. de hinc uel ex hinc uel  
a principio siue ex toto uel de toto  
Exinuo. as. munio exapio ab ex z finuo  
Exion Rex fuit laphitarum  
Existimatio putatio uel illese dignitatis  
status fama et moribus acquisitus

Existimo. as. a. putare  
Existo. is. titi. itum. n. absolutu ualid sistē  
Exitus. tus. finis / mors egressus  
Exlex. gis. o. extra legem sine lege  
Exnuo. is. nu. utu. n. idem q innuo  
Exoculo. as. oculos extrahere  
Exodiarius. rii. precentor qui cantum in-  
cipit ante alios. Exodiari9. a. um. ad exo-  
dium uel exodiarium pertinens  
Exodium. dii. primus cantus incium ca-  
tilene. vnde exodio. as.  
Exodus. di. exitus. q. it9 uicacio extra. un-  
de quida liber veteris testamēti dē9 ē ex-  
od9 qā gcinet exitu filio9. Isrl d Egipto  
Exoleo. es. lui. uel. leui. litu. uel. letuz. n.  
exēscere deficere in obliuionem vcnire  
Exolesco. cis. incho. i. incipio euāescere  
Exoletus. a. um. excretus / a dultus / infor-  
mis / turpis / vanus.  
Exomnis. e. extra somnum sine somno ab  
ex et somnum  
Exomologesis. sis. f. interpretat cōfessio  
uel preces siue sit laudis ut cum dicit con-  
fiteor tibi pater celi et terre. zc. siue pec-  
catoru exomologesis pro sola confessione  
peccatoru agit letanie ppter deū rogandū  
et ipetrada in aliquo malo misericordia ei9  
Exonero. as. a. valde onerare  
Exorabilis. e. qui facile potest exorari. f.  
concedere rogata. vnde exorabiliter  
Exorbeo. es. bui. uel. psi. ptum. n. valde  
sorbere uel sorptum emitere  
Exoro. as. a. valde orare uel deprecari sz  
pprie cum effectu rei que petit / est eni ex-  
orare pprie impetrare uel cum impetraci-  
one rogare  
Exopto. as. a. valde optare  
Exorcism9. mi. increpatio uel coniuatio  
aduersus diabolum ut recedat.  
Exorcista. e. g. coniuator. ul <sup>increpator</sup> <sup>interpretator</sup>  
alias increpator. uocat eni sup catbecum i-

<sup>supra</sup>  
nos et eos (qui habent spiritum imundum) no-  
men domini nostri Iesu Xpi adiurans p-  
eum ut egrediatur ab eis,  
Exorciso. as. a. diurare / increpare,  
Exordiari9. rii. qui incipit uel facit exor-  
diu et exordiari9. a. u. ad exordiu ptines  
Exordior. iris. dit9. itum. uel. su. d. i. icipe  
Exordium. dii. inceptio est pprie in cau-  
sis et epistolis et locutionibus  
Exordia. e. i. nascentia  
Exorior. iris. t9. uel. it9. d. ext oriri  
Exorno. as. a. valde ornare uel ornamen-  
tum auferre  
Exors. tis. g. extra sortem  
Exors9. a. u. locut9 ab exordior. ris.  
Exosso. as. a. laniare discidere ossa exēbē  
Exosus. a. u. nalde et pfecte odiens vnde  
exose aduer.  
Exoticus. a. u. peregrinus et ignot9 unde  
exotica dicitur vestis pegrina  
Expalleo. es. lui. n. valde pallere  
Expallesco. cis. incho.  
Expampino. as. pampinos euellere  
Expando. dis. di. passum. a. extendere z  
caret. n. in supino  
Expapillo. as. exsoluere denudare et pro-  
prie papillas  
Exparieto. as. parietes auferre  
Expasus. a. um. extensus  
Expatulor. ar. d. spatulas auferi f frage  
Expauo. et. pau. n. valde pauere. vnde  
expauesco. cis. incho.  
Expecto. as. a. demorari. prestolari. susti-  
nere. expectatur qui ventur9 est. spectat  
qui videtur,  
Expectoro. as. exsolue. a. pectore remoue  
Expeculior. ris. d. deuastare. dilapidare  
Expeditio. is. iui. itum. liberare. explicare  
exsoluere. q. ext pedica soluere / vnde ex-  
peditus. a. um. liberatus. promptus. ex-  
lutus. et hec expeditio. onis. sicut dicit9

<sup>extra scripta</sup>  
aliquem esse in expeditione vbi homines  
liber et prompti efficiuntur,  
Expedit. impersonale conuenit. prodest  
utile est  
Expello. is. puli. pulsum. a. extra vñ val-  
de pellere  
Expendo. dis. di. suz. a. exsoluere p̄stare  
Expensa. e. quod soluitur  
Expzefacio. is. excitare p̄ facere euigilare  
Expzeficor. ris. expzefitus. d. a somno e-  
uigilare  
Experientia. e. prudentia. industria. te-  
peramentum. ab experiendo dicta.  
Experimentum. ti. quedam probatio  
Experior. iris. expertus sum. probare. vñ  
probari. cognoscere. uel cognosci  
Expzectus. a. um. expzefactus. euigi-  
lans.  
Experiens. industrius. laboriosus. perfe-  
uerans. agilis  
Expimento. as. a. p̄probare. cognoscere  
Expers. tis. o. extra pte3 alienus. ignar9  
sine p̄ticia  
Expertus. a. um. tempatus. tempate doc-  
tus. rerum peritus  
Expes. g. extra spem. sine spe. et deficit  
in obliquis  
Expiables. e. imund9 qd expiari potest  
Expiatorium. purgatorium. locus vbi a-  
nime expiantur  
Expico. as. et expicor. aris. d. granum de-  
spica excutere et extrahere et sepe ponit  
pro auferre et experire  
Expilator. aliene hereditatis subuersor  
fur  
Expilleo. es. a. pilleum auferre  
Expilleo. es. lui. a. pilos auferre a pilus  
Expilo. as. furari. expoliare. occultare a  
pilo. as. quod est in pila tundere  
Expingo. is. xi. ctum. a. valde uel extra  
pingere

Expins. e. extra spinas vel sine spinis  
Expino. as. a. spinas auferre l extrahere  
Expio. as. purgare  
Expuro. as. n. mori. spiritum ext mittere  
Expiscor. ris. d. ex toto piscib9 euacuare  
Expiano. as. a. apperire. declarare  
Expleo. es. eui. etum. a. complere finire  
Expliciuius. a. um. expliciua coniunctio  
dicitur illa qua ornatur oratio  
Expictus. a. um. finitus  
Explicet. et expliciunt. obum defectiuu  
est. nec de eo plus inuenitur. pro finitur. z  
terminatur  
Explicitus. a. um. extensus. vel finitus. et  
determinatus.  
Explico. as. cui. ctu. a. et raro explicauit  
et. catum. ordinare. dirigere. distendere  
extra pilcam ponere. soluere. apperire  
Explo. dis. si. sum. manus relaxare ap  
perire. excutere vel extra plausum facere  
et ponere vel eicere et expellere  
Explorator. oris. inuestigator  
Explo. as. a. exquirere. inuestigare  
Explosus. a. um. expulsus. eiectus  
Expumo. as. a. plumas auferre  
Expolio. e. preda ab expolio dicta  
Expolio. as. a. valde spoliare  
Expompo. as. vituperare. detestari  
Expono. is. sui. tum. explicare. exsoluere  
Exposco. cis. posci. itum. cum desiderio  
poscere  
Exposit9. a. u. abiectiu9 l i medio posit9  
Exporto. as. a. extra portare  
Expotulo. as. a. valde postulare  
Exprimo. is. phi. pluz. a. extra premere ef  
undere manifestare representare / vnde  
hec expressio  
Exprobo. bas. a. conuiciare. redarguere  
vituperare  
Expromo. is. phi. ptum. extra vel valde  
promere  
Expudoratus. a. um. extra pudore posit9

Impudens  
Expugnabilis. e. quod potest expugnari  
vnde expugnabiliter adu. a quo iexpug  
nabilis. e.  
Expugno. as. a. deuincere. debellare  
Exputo. as. a. valde ex toto putare  
Expultrix. icis. f. mulier expelles fascinu  
Expumo. as. valde vel extra spumare v l  
spumam auferre  
Expunctor. oris. qui expellit alios ab he  
reditate z delet eon noia d tabula testio  
ni / vel expunctoris dicuntur q preerat  
in signandis testamentis et eorum infere  
bant punctos qui erant in hereditate v l  
eorum q erant exheredandi auferbant  
Expungo. gis. xi. ctum. extra pellem ext  
punctum scriptoris ponere et delere  
Expuo. bs. pui. putum. n. extra spuerre  
Expurgo. as. a. extra eiciendo purgare  
Exquiro. is. sui. itum. a. valde querere  
Exfacto. as. a. extra sacrum ponere  
Exscribo. is. phi. ptum. a. quod scriptu e  
Exsicco. as. a. valde ficcare  
Extabeo. es. n. valde putrere. tabefieri.  
vnde extabesco incho.  
Extalis. is. m. cul9. an9. via alui purgadi.  
Extasis. is. excessus mentis. f. cum homo  
ponitur extra statum sue metis. f. in arti  
culo mortis  
Extemplo. adu. ilico. subito. repente. mox  
.q. extra temporis amplitudinem  
Extendo. dis. si. sum. a. extendere. expli  
care  
Extenuo. as. a. extedere. dilatare. valde  
subtiliare  
Exter. a. um. vltimus vel extraneus / Ite  
exter. nomen proprium cuiusdam pphie  
Extergeo. es. si. sum. a. valde tergere  
Extergo. gis. si. sum. a. idem  
Exterior. ius. comparatiuum. de extra. i.  
magis extra  
Exterminabilis. e. qd exterminari potest

Exterminatus. a. um. ext terminos fact9  
Exterminium. desolatio. extra terminuz  
desolatio. exilium / mors etiā dicitur ext  
minium quia extra terminos vite ponit  
Extermino. as. a. terminu auferre. exule  
facere. q. extra terminu ponere et dicit  
pprie de exilib9 / It e xterminare. demoliri  
Externo. as. alienari  
Extern9. a. u. alien9 v l res q sca fuit beri  
Exterreo. res. rui. a. valde terrere  
Exterritus. a. um. in terrore missus  
Exterus. a. um. vltimus. vel extraneus  
Extesticulo. as. a. testiculos auferre  
Extrahis. extra pprium statu positio. figu  
ra est methaplasia  
Extimeo. es. valde timere  
Extimpro. idem quod extemplo  
Extimo. as. a. putare. appreciari ab. ex.  
et. timos. mens. q. ext mentem sic habere  
Extim9. a. u. suplatiuu de exterior vlti9  
Extingo. gis. xi. ctum. a. mortificare. ad  
ignem pertinet / vnde extinctus. a. um.  
Extipex. icis. g. augur qui in spicit exta  
Extipo. as. a. emittere. euacuare  
Extirpo. as. a. radicem subuertere  
Extirpex. g. idem quod extipex  
Extro. as. extris. ctu. n. extra stare. appa  
rere. eminere  
Extollentia. superbia  
Extollo. lis. tuli. a. laudat. erigere / super  
bire / vnde extollens. et coparatur. z extol  
lenter. tius. me. aduer.  
Extorqueo. es. si. tum. vel. sum. a. valde  
torquere. adimere. auferre  
Extorris. is. g. exul. cui interdictus est ig  
nis. ab. ex. et. torris. q. extra ignem patri  
e vi expulsus  
Extra. aduerbium loci est contrarium de  
infra et coparatur extra exterior extim9  
vel extremus / Item extra pro prepositio  
ne ponitur. vt extra vnum diem

Extrabo. is. xi. ctum. a. extra trahere  
Extraneus. a. u. extra suam terra positus  
Extranus. a. um. idem  
Extraordinarius. qui virtute promouet  
ex ordine  
Extram9. a. um. ext veniens vel ext via  
Extremisco. is. inci pere extremere  
Extremitas. tis. f. ps cui libet rei extior  
Extremo. as. extremum facere  
Extremus. a. um. vltimus. nouissimus  
Extricabilis. e. quod potest extricari  
Extrico. as. a. exsoluere. apperire. profla  
gitare. exterminare. expectare  
Extringo. gis. xi. ctu. a. extra vel valde  
stringere. a. strictura remouere  
Extrinscus. a. um. et extrisecus ponitur  
aduerbialiter. q. de foris  
Extrudo. dis. a. depellere. longe. ire. face  
Extruo. is. xi. ctu. a. valde v l extra stru  
ere vel in altum  
Extubero. as. purgare vel equare  
Extum. ti. intestina ab. extus. quia facit  
ventre apparere et esse preambulum  
Extumescio. es. mu. n. valde tumere v l ces  
sare a tumore remoueri / vnde extumescio  
.is. incho.  
Extundo. dis. si. sum. a. extra tudere v l  
tundendo. extrahere  
Extapeo. es. pui. n. valde stupere / vnde  
extupesto incho.  
Extupo. as. valde stupare vel stupam re  
mouere  
Exturbo. as. a. valde turbare  
Exuberantia. e. abundantia  
Exuberis. e. extra vberem positus  
Exubero. as. n. valde vberare / vnde exu  
berans et comparatur / vnde exuberater  
.cius. me. aduer.  
Exucco. as. succum auferre  
Exudo. as. valde sudare  
Exul. lis. o. extra solum pprium positus

**Exularius. a. um.**  
**Exulcero. as. a. exacerbare. enervare.**  
 ra facere. ulceribus implere  
**Exulco. as. n. ualde sulcare**  
**Exulo. as. extra solū sue terre pōis exter-**  
 minari et est. n. pas. ut exulo a rege non  
 exulo illum  
**Exultatio onis. f. letitia sed letitia menti**  
 gaudium et exultatio uerborum et aliarum  
 rerum  
**Exulto as n gaudē letari & pprie salēdo**  
**Exundo. as. n. ualde abundare. exrescere**  
**Exuo. is. xui. utum. a. spoliare**  
**Exupero. as. a. ualde superare**  
**Exurgo. is. exsurrexi. n. a sopno surgere**  
 unde illud surgo sedens exurgo iacens a  
 morte resurgo assurgo diues insurgo di  
 rus in hostes  
**Exuro. es. si. stum. a. ualde vrere / unde**  
 exustus. a. um. de quo nichil superest  
**Exustus. a. um. spoliatus. nudatus**  
**Eximie. arum. spolia. vestes. que induine**  
 dicuntur hee ab induendo / Item **eximie**  
 etiam dicuntur serpentum tunice

**ZECHIAS. interpretatur for-**  
 tis. diuinus uel fortitudo domini  
**Ezechiel. interpretatur fortitu-**  
 do dei uel imperium domini

**SEXTA** littera alpha  
 beti & quarta ex mutis  
 digama appellatur qa  
 habcat duas in figura  
 gamas grecas i. f. nulla  
 definit sillaba nisi loco  
 .b. d. uel. s. uel. x. in prepositionibus po  
 sita si consequens dictio ab eadem conso  
 nante icipiat ut. officio. afficio. difficilis  
 efficio / In numeri computatione. f. q̄dra  
 ginta significat

**ABA. e. a. fagin. quod comede**  
 re dicitur. q. faga genus est legu

minis nutrit stringit et ventos creat  
**Fabafresa. e. quia homines eam frendeat**  
 .i. frangant cum molendo eam cominuunt  
 uel fiunt due partes  
**Fabafiria. eadem est que et mella**  
**Fabarius. rii. fabarii dicti sunt cantores**  
 qa eo legumine maxime utebantur i cibo  
**Fabarius. a. um. quod fit de fabis uel qd**  
 ad fabas pertinet  
**Fabella. c. parua fabula**  
**Fabello. as. loqui**  
**Faber. bri. a. faciendo ferrum. q. facies fer**  
 rum hoc nomen traditum est ad aliarum  
 rerum artifices sed cum adiectione ut fa  
 ber lignarius carpentarius  
**Faber. bra. brum. cautus ingeniosus. pul**  
 cre compositus  
**Faberculus. li. paruus faber**  
**Fabos. grece latine timor uel metus**  
**Fabrateria. e. ornatus fabrorum uel loc9**  
 ubi fabrice sunt / **fabrateria. ciuitas ca pa**  
 nie / unde **fabraternus. a. um.**  
**Fabre. adu. ingeniose. artificiose. docte**  
**Fabrefactus. a. um. artificiose et ingenio**  
 se factus  
**Fabrica. ce. dom9 ubi faber operatur / fa**  
 brica etiam dicitur operis factio  
**Fabrico. as. a. instruē. munire. & in fabri**  
 ca opreari  
**Fabricor. aris. d. adinuentre. exquirere.**  
 moliri  
**Fabricula. e. parua fabrica**  
**Fabrilis. c. res ad fabrum pertinens uel**  
 a fabro facta / unde **fabriliter a ducr.**  
**Fabrilla. e. parua fabrilla**  
**Fabrissa. e. vxor fabri**  
**Fabula. e. res que nec uera est nec ueri si**  
 milis / et est illa fabula uera que nichil ue  
 ritatis habet in se et illa falsa q̄ aliquid  
 ueritatis continet / et dicitur a. fando qa  
 in solo fatu consistat

**Fabularis. e. ad. fabulam pertinens**  
**Fabulo. onis. fabularum recitator uel iutor**  
**Fabulor. aris. d. fabulas uel falsa dicere**  
**Fabulosus. a. um. fabulis intendens qui**  
 nimis fabulatur  
**Face. pro fac.**  
**Facera. e. i. fabula**  
**Facesso. is. cum desiderio facere. / Item fa**  
 cessere. desinere cessare recedere ut dicat  
 facesso  
**Facetia. e. curialitas. uirbanitas. elegan**  
 tia. suauitas et proprie in factis.  
**Facetior. is. hilarior et gratiosior.**  
**Facetus. a. um. curialis. uirban9 proprie**  
 de doctrina et in factis. f. qui iocos et lu  
 dos gestis. uel factis comendat / & dicitur  
**facetus. q. fauens cetui. etimologia est.**  
**Facicula. e. parua facies**  
**Facies. ei. f. qua quis cognoscitur a facio**  
 dicta / est enim facies naturalis certus et  
 immutabilis oris habitus / vultus eni va  
 rius et mutabilis est et secundum affecti  
 onem animi modo letus modo tristis vn  
 de illud consistit facies sed vultus sepe  
 mutatur  
**Facilis. e. leue sine difficultate et compa**  
 ratur **facilior. limus / unde facilius. lius.**  
 me. a ducr.  
**Facilitas. tis. leuitas in faciendo**  
**Facinorosus. a. u. facinora sepe comittēs**  
 & coparatur. or. mus / unde **facinorose**  
**Facinus. oris. n. a facio dicitur. et differt**  
 a **flagitio. nam quicquid agit indomita**  
 cupiditas / ad corrupendum animum / **fla**  
**gitium est. sed quicquid agit ut alteri no**  
 ceat dicitur **facinus** et hec sunt duo gene  
 ra omnium peccatorum. sed **flagitia** peio  
 ra sunt que cum corrupit animum / p  
 filitur ad **facinora in factis / facinus** qua  
 doq̄ accipitur in bona significatione. f.  
 pro facto. quod sepe fere discernit ex ad

ficto ut pulcrū facinus preclarum facin9  
**Facio. cis. eci. ctum. n. f3 significatione**  
 .a. et est facere ex preiacenti materia sed  
 creare ex nichilo aliquid facē / uide jobal.  
**Facitergium. ii. ad. faciem tergendum**  
**Facito. fre. de facto. as.**  
**Facticius. a. um. unde nomen facticius**  
 quod factum est ad similitudinē soni illi  
 us rei ut tarantara et tintinabulum  
**Factio. onis. f. actio faciendi. f. fiedī / &**  
 factio dicitur ficta actio cum enim aliqs  
 fingit se aliquid facere cum comoditate a  
 licuius et facit ut incomodet illi dicitur  
 factio pprie. unde & factio dicitur proditio  
**Factiosus. a. um. i. fictios9 qui fingit se**  
 facere ut profit. facit tamē ut noceat / vn  
 de factiosus dicitur proditor.  
**Factito. as. frequenter factare**  
**Facto. as. frequenter facere**  
**Factus. tus. actus uel passio faciendi**  
**Facula. e. parua fax**  
**Faculentus. a. um. lucidus. clarus. q. ple**  
 nus luce et comparatur / unde **faculentior**  
 tius. me. et hec **faculentia**  
**Faculo. as. findere et faces facere**  
**Facultacula. e. parua facultas**  
**Facultas. tis. f. facultas. possibilis / vñ**  
 facultas alicuius dī scia illius in qua pre  
 ceteris potest et in qua preceteris est faci  
 lis ad respondendum et quod querit sol  
 uendum / facultas etiam dicitur quelibet  
 scientia quia reddat aliquem facilem et  
 potentem ad predicta faciēda / facultas  
 etiam dicitur copia. opes  
**Facundatus. a. um. plenus facundia**  
**Facundia. e. magnum donum dei est cuz**  
 quis comode loqui potest que intelligit  
**Facundiosus. a. um. plenus facundia**  
**Facunditas. tis. idem quod facundia**  
**Facundo. as. facundum facere**  
**Facundus. a. um. disertus qui facile fari**

potest quod intelligit et comparatur dicitur  
or. flimus / vnde facunde dicitur me. aduer  
**Fage.** grece latine comedere  
**Fagida.** inimicitia  
**Fagin.** grece latine comedere  
**Faginetum.** ti. locus ubi fagi abundat  
**Fagineus.** a. um. quod est de fago vnde per  
tinet ad fagum  
**Faginus.** a. um. idem quod fagineus  
**Faginos.** grece latine comedere  
**Fagidores.** grece comedentes male lati  
ne / fage enim comedere. lidores. maledic  
tum. i. detractores qui nil aliud videtur  
habere in ore nisi maledictiones et detrac  
tiones maledictas  
**Fagus.** gi. f. quedam arbor glandifera dic  
ta a. fagin. quia est fructus olim homines  
comedebant et in escam habebant / vnde  
sepe pro agro ponitur qui modo homines  
pascat  
**Fala.** e. turris lignea a. fallon. lignum  
**Falanga.** e. lingua macedonum dicitur legio.  
**Falangarius.** a. um. legionarius existens  
de falanga vel ad falangam pertinens  
**Falanx.** gi. f. societas hominum vnde  
**Falarica.** ce. quoddam telum ingeniose fac  
tum habens ferrum cubitale et rotundita  
tem de plumbo in modum speret et in ipsa  
summitate dicitur ignem habere affixum  
hoc telo pugnatur de turribus / quas greci  
falas vocant et mittitur tormento non ma  
nibus et idem est quod quando ponitur pro  
tormento quod vulgare dicitur petrana.  
vel manganum  
**Falaricus.** a. um. qui fert tale telum vel  
quod pertinet ad falaricam  
**Falcarius.** ri. qui falces facit vel qui fal  
ce secat  
**Falcastrum.** tri. runco ad vepres secandas  
vulgo vesibol ad similitudinem falcis factum  
**Facula.** parua falx

**Falcidia.** e. lex quedam a quoquam tribu  
no plebis dicitur falcidius sub Octauiano  
que vetat ne quis plus in extraneos lega  
ret quam quarta pars superet heredibus  
Et nota quod si heredes sunt filii et sunt qui  
tuor vel pauciores legitima omnium est  
tertia pars. si quinque vel plures medietas  
hereditatis / Si vero sunt extranei siue  
pauci siue multi quarta pars hereditatis  
erit legitima et in quolibet istorum ca  
sum erit legitima inter ipsos heredes v  
bi plures sunt equaliter diuidenda / vnde  
quidam quatuor aut infra dant nativis iu  
ra trientem / Semissem vero dant nativis  
quinque vel vltra arbitrium sequit sub  
stantia cetera partis  
**Falcito.** as. frequenter falcare  
**Falco.** as. curuare vel falce secare  
**Falco.** onis. avis rapax a falce dicitur quia  
ungues recuruos habeat ad similitudinem falcis  
**Faldistorium.** ri.  
**Falera.** e. ornamentum equorum sed pro  
ornatione aliarum rerum vel verborum  
ponitur et quia falere nil profunt equis  
sed sicut eis causa superbia inde est quod fa  
lera inuenit pro superbia inanis factatione  
**Faleratus.** a. u. ornatus ut hic videtur  
bis faleratis id est ornatis  
**Falernus.** ni. mos est campanie ubi opti  
mum habundat vinum et ideo falernum  
dicitur bonum vinum / et falernus. a. um  
ad falernum pertinens  
**Falero.** as. ornare. superbire. inaniter se  
factare  
**Falintus.** fuit quidam autor a quo quidam  
pes vel metrum ab eo inuentum constans  
ex vndecim sillabis falintus dicitur  
**Falistsis.** ciuitas Italie quod opulentissima  
vnde falistus. a. um. et falistum patrum  
**Fallacia.** e. deceptio / fallacia etiam dicitur  
apud dialecticos in argumentatione vel voce

aliqua cum videtur fieri et significare  
aliud quam significet vnde homo decipitur  
**Fallax.** cis. o. deceptor et differt ab cog  
mentitur quia fallax id agit ut dicitur vnde  
de aliquis decipiatur sed nonne ille vult  
fallere qui mentitur ut ioculator non ita  
proprie et comparatur fallaci. flimus  
vnde fallenter. cis. me. adu.  
**Fallibilis.** e. quod potest falli subdolum  
insidiosus  
**Fallo.** lis. fecisti. falsum decipere  
**Fallon.** grece latine lignum  
**Falsidicus.** a. um. falsa dicens  
**Falsificatio.** onis. fallacia sed fallacia est  
deceptio in argumentatione falsificatio  
instantia contra argumentationem in qua  
magis apparet falsitas  
**Falsifico.** as. falsum vel falsitatem facere  
**Falsitas.** defert a mendacio quia falsitas  
est negare quod verum est mendacium est  
fingere quod verum non est  
**Falsito.** as. frequenter falsare  
**Falso.** as. frequenter fallere  
**Falsus.** a. um. si est participium de fallo  
i. deceptus si est nomen falsus est qui ne  
gat quod verum est / vnde falsum quod ve  
rum non est et comparatur falsior. flimus  
vnde false. ius. me. adu. / falsus etiam di  
citur denarius qui non habet iusticiam su  
am deest enim ei in pondere forma vel su  
percriptione  
**Falx.** cis. f. a. filix. dicitur quia hac primi  
militibus herbam filicem solebat abscinde  
re et est instrumentum aptum segetibus  
vineis et pratis  
**Fama.** e. a famulor dicitur. q. famula quia  
famulatur nobis dum ad modum famule  
discurrendo rumores de nobis portat per  
diuersas partes vel terras etiam nobis ig  
norantibus vel fama quia fando peruaga  
tinet est nomen bonarum et malarum rerum sed

sine adiuncto sepius in bono et describitur  
sic fama est rumor sine actore inuentus cu  
ius malignitas dedit incitium fides autem  
incrementum famer uero res auram populas  
**Famagerulus.** a. um. famam gerens  
**Famelitus.** a. um. esuriens  
**Famen.** inis. n. loquutio  
**Fameo.** es. mihi. n. famem habere esurire  
vnde famesco incho.  
**Fames.** is. f. appetitus edendi et concuti  
o faucis  
**Fameteus.** a. um. esuriens / fameteus etiam  
dicitur mortifer  
**Famicus.** ci. locus tabernarum in urbe que  
frequenter propter famem pellendam  
**Familia.** e. liberi ex liberis legibus suscep  
ti a femore dicitur / nam familia abusiue pro  
seruicis dicitur / familia enim incipit a  
patre et terminatur in tritauo sed stirps  
ex longa generis significatione vocatur  
**Familiaris.** e. domesticus. amicus de pro  
pria familia inuenitur etiam substantiue  
positum. ut iste est meus familiaris et co  
paratur / vnde familiariter et familiarita  
tis. tis.  
**Familiehereditas.** de est diuisio hereditatis  
inter heredes / hereditas enim apud ve  
teres diuisio nuncupabatur  
**Famino.** as. loqui / famo non est in vfu  
**Famosus.** a. um. de quo fama loquitur be  
ne vel male / vnde quandoque accipitur in  
bono sed sepius in malo. f. pro infami et  
comparatur / vnde famose. ius. me. et bec  
famositas  
**Famula.** e. femella de famulus  
**Famulamen.** inis. n. seruicium  
**Famularis.** e. quod ad famulum pertinet  
et comparatur / vnde famulariter. ri. me  
**Famularitas.** tis. famulorum seruicium  
**Famulicium.** ci. seruicium. obedientia  
**Famulor.** aris. obsequi. obedire sed famu

lari debet est obsequium voluntatis obe  
dire ad utrumque refertur  
**Famulula**. parua famula  
**Famululus**. prius famulus  
**Famulus**. li. et sunt famuli qui ex gratia  
seruorum familia orci sunt / et dicitur fa  
mulus. q. vnus ex familia s; seruus ex co  
dicatione seruitutis est  
**Fanaticus**. a. um. limaticus / in sanus / a fa  
num. quod est templum. quia ad fanum du  
cebatur. vt liberaretur. et fanaticus dicitur  
quod pertinet ad fanum / et hic fanaticus  
ci. custos fanum. f. sacerdos  
**Fandus**. a. um. quod quis debet dari ius  
tum predicandum et comparatur  
**Fans**. tis. o. tam nomen q. participium a  
for. aris. i. loquens  
**Fantasia**. e. est de cognitis in animo figu  
rata species  
**Fantasma**. tis. n. est de incognitis et nu  
quam uisis  
**Fantasticus**. a. um. quod sic apparet. vel  
quod pertinet ad fantasma. vel quod con  
tinet in se fantasiam / vnde et cellula. que  
est in anteriori parte capitis / in qua vis  
est intelligendi dicitur fantastica. quia ea  
homo fantastice et ymaginarie comprehen  
dit intellectu percipit  
**Fanum**. ni. templum. q. sonum a. fonos.  
quod est sonus. quia ibi dei responsa dabat  
in voce humana / vel a. fannis. quibus an  
tiqui fana edificabant / etiam fanum in  
uenitur in bona parte pro ecclesia. et tunc  
potest dici. fando. per contrarium. quia  
fanum non est locus confabulationis. sed  
deuote orationis  
**Far. rris**. per duo. r. n. frumentum et est  
omnia genera frugum farra dicuntur a.  
frangendo. quia olim frangebant in pala  
antequam visus molarum esset  
**Farao**. onis. m. nomen est honoris apud

egyptios. sicut **Cesar** apud latinos. hic fu  
it afflictor populi Israel  
**Farcimen**. inis. n. quod ad repletionem  
alicuius rei ponitur  
**Farcimentum**. ti. idem  
**Farcino**. as. replere  
**Farcio**. cis. si. tum. licet inueniatur. cui  
citum. saginare. implere / vnde verbal  
**Fares**. interpretatur diuisio  
**Faretra**. e. dicitur vbi sagitte portant a  
feron. quod est mors. q. fere. teca. i. mortis  
repositorium quot enim fert sagittas tot  
mortes  
**Faretratus**. a. um. qui fert faretram  
**Farina**. e. a farre. dicitur quia ex eo fiat  
**Farinaceus**. a. um. de farina factus  
**Farinosus**. a. um. farina plenus  
**Farinula**. e. di. parua farina  
**Fariseus**. a. um. diuisus / quidam hereti  
ci dicti sunt farisei. i. diuisi quia traditi  
ones et obseruationes legis iusticie prese  
runt vnde diuisi a populo vocantur  
**Farius**. a. um. egyptiacus  
**Farma**. lingua firorum vnguentum vel  
medicamentum  
**Farmaca**. ce. vel secundum grecos **farma**  
ce. ces. mulier maleficia faciens quibusdam  
medicinis  
**Farmacem** idem quod farma  
**Farmacenticus**. a. um. quod ad farmacez  
pertinet / tria enim sunt genera curatio  
nis vnum farmacencium et farmacia que  
est medicamentorum curatio / secundum  
a dieta quod est obseruatio legis / et terci  
um chirurgicum a chirurgia que est se rramen  
torum incisio  
**Farmacentria**. fuit quedam mulier inca  
trix  
**Farmacacia**. e. medicamentorum medicina  
vel domus vnguentaria  
**Farmacopola**. e. g. vnguentorum siue me

dicamentorum uenditor a. farmacez et pole  
quod est vendere uel farmacopola vnguenta  
rius a. farma. et. copos. quod est labor. q.  
a laborat circa vnguenta  
**Farmacus**. ci. maleficus maleficiu facies  
quibusdam medicinis  
**Faros**. f. dicunt greci et vertitur in lati  
num et dicitur hoc faru vel hic farus. ri.  
turris maxima iuxta Alexandriam in ma  
ri dicta a. foron. quod est lux vel ignis. q.  
fos faros quia flammam iudicio longe ui  
deatur. i. visio ignis vsus enim huius est  
ad pronuntianda nauigantibus uada uel  
portus introitum vel ibi portu esse / hic  
etiam quemlibet montem iuxta portum  
et quamlibet turrim que igne accenso po  
sito designat nauigantibus inesse portu  
et introitum ad portum faros vel farum  
appellant / unde et quedam turris in Ita  
lia dicta est faros propter talem utilita  
tem / hinc etiam in portibus maximas tur  
res ad preluendum fabricatas faros dicunt  
et ignis talis farocium dicitur / faros etiam  
dicta est quedam ciuitas in Egipto / vn  
de farius. a. um. egyptius  
**Farracum**. ci. puls ex farre facta vel pin  
guis eius generaliter  
**Farrago**. inis. stramen. vel quelibet uilis  
annonae. et quelibet mixtura pabulorum.  
et hinc facta translatione farrago dicitur  
multitudo seclarium. f. despectiue. quia  
ex diuersis et variis gentibus collecta / p  
prie tamen farrago est herba ordeacea ad  
huc uiridis et granis ad maturitatem no  
turgescitibus  
**Farreus**. a. um. de farre existens uel scus  
**Fartum**. ti. repletio extorum uel vetris  
. f. caro. confecta et minutata qua intesti  
na fasciuntur. i. implentur cum aliarum  
rerum commixtione idem et farcimen  
**Farum**. ri. uel farus. ri. idem quod faros

**Fas**. n. accusatio fas. uocatio o fas. i. li  
citur. et differt a iure quia fas est lex di  
uina ius lex humana / fas est per alienum  
agrum transire non tamen ius  
**Fascina**. e. clausibilis vallatio circa ca  
stra et ciuitates. que solet fieri quibusdam  
fascibus stipularum et lignorum  
**Fasces**. cium. m. insignia lignorum. et qn  
doque ipsi honores fasces dicitur. q. a fas  
cibus lignorum. quia graues sunt ponde  
re dignitatis et autoritatis  
**Fascia**. e. qua tegitur pectus et papille  
comprimuntur vel qua puer inuoluitur  
quia in modum fasciculi corpus ligat a  
fatis dicitur  
**Fasciale**. is. n. fascia proprie est latuz ci  
gulum quo puer circumligatur  
**Fascialis**. e. solempnis a fascibus  
**Fasciculus**. li. paruus fascis  
**Fascino**. as. incantare. q. adulado impe  
tere laudando decipere grauare  
**Fascinum**. ni. idem quod fascinus et eti  
am priapus quia quibusdam fasciis sole  
bant eis inuolui oli cum carerent braccis  
**Fascinum**. ni. incantatio quia quibusdam  
berbarum fasciculis solebat fieri  
**Fascio**. as. fasciis inuoluitur  
**Fasciola**. e. parua fascia qua vulnera li  
gantur  
**Fascis**. is. m. i. omnis  
**Fase**. transitus interpretatur  
**Faselarium**. herba faseli uel locus vbi ab  
undat  
**Faselus**. li. quoddam genus leguminis  
quia in quadam insula que faselus dicitur  
plurimum abundat vel quia hinc primu  
allatus sit / Item faselus. li. parua nauis  
et habilis ad transendum huc et illuc qua  
vertitur in fluminibus / faselus etiam dicitur  
et quedam insula Grecie  
**Faseolus**. li. di. faseli leguminis

famula. Expli

et illi famulus pferant  
q. ibi tempore pferant

**Falicanus**. n. quaedam auis .q. fagianus  
a fagin quod est comedere quia eius caro  
suavis est ad edendum  
**Fasis**. is. vel. idis. f. est quedam insula  
Grecie  
**Fasina**. e. f. uel fasina. tis. n. i. apparicio  
et proprie vana et incerta vt in nocte  
hinc quedam fabula Menandri dicta e  
fasina a quadam apparitione  
**Fasinos**. grece apparicio latine  
**Fassio**. onis. f. confessio  
**Fassitus**. a. um. solutus. consumptus  
**Fassus**. a. um. confessus. manifestus. loquu  
tus a face  
**Fastidio**. is. iui. itum. horrere. spernere  
contemnere. a. vnde verbalia  
**Fastidiosus**. a. um. superbus vel tediosus  
et comparatur / vnde fastidiose. ius. me.  
et hec fastidiositas. superbia. tedium  
**Fastidium**. dii. superbia vel tedium  
**Fastigatus**. a. um. per sincopam fastigia  
tus. altus. elatus et comparatur. tus. tio  
actus verbi fastigiatus. a. um.  
**Fastigolum** paruum fastigium  
**Fastigium**. gi. sumitas. altitudo  
**Fastuositas**. tis. superbia elatio  
**Fastuosus**. a. um. superbus et comparat  
vnde fastuose. ius. me.  
**Fastus**. tus. m. superbia  
**Fastus**. a. um. dicitur a fas. i. licitus / fast  
tus dies olim dicebatur in quo licebat ro  
manis negocia agere / nefastus vero. q. il  
licitus. quia illicitum et. q. nephas erat  
in illa die predicta agere / fuit vetus co  
suetudo apud romanos vt quascumq; adu  
sitates siue prosperitates sustinerent eas  
i fastis annotare facerent. illos ergo dies  
(in quibus male sibi contigerat) celebrabat  
non causa solemnitate sed timore infor  
tunii. et tales dies vocabatur nefasti /  
illi in quibus sibi bene contigerat) uocabat

tur fasti quia in eis sus fauebatur / et hic  
quidam liber Ouidii (i quo tractatur de  
fastis et nefastis diebus) a digniori icu  
latur liber fastorum / hinc etia annuales . cor.  
libri in quibus scribebatur facta romano  
rum totius anni similiter a digniori par  
te dicti sunt fasti  
**Fatalis**. c. quod ad fatum pertinet / vn  
de fataliter fatalia fat o debita  
**Fatatus**. a. um. fato destinatus  
**Fateor**. eris. fassus sum. d. manife stare  
.q. teneor fari fateri coactoris et necessi  
tatis est fateor enim coacti manifesta  
mus voluntarii prodimus precio vel ali  
qua utilitate sperata ducti / Item fate  
mur mala manifestamus bona prodimus  
questita. sed hec diffinitio quadoq; corrū  
pitur et vtimur hiis indifferenter  
**Fatidicus**. a. um. fata dicens  
**Fatigatus**. a. um. itinere lassatus labore  
**Fatigo**. as. multum vel valde agitare a  
fatin et ago vel potius etimologia est  
**Fatin**. adu. i. multum uel habundanter  
**Fatisco**. is. habundare. hiscere et scindi  
ut pannus iste fatiscit rimis. i. scinditur  
finditur et fatiscere est lassari marcescere  
habundanter apperiri. desinere. esse. de  
ficere / antiqui dicebat fatiscor. eris. fas  
sus sum quod nos no dicimus sed compo  
nitur de fatiscor per. t.  
**Fato**. as. destinare. significare  
**Fatum**. ti. a for. ris. et est fatu quicquid  
deus fatur. ut dicunt pagani. uel fatu e  
temporalis successio uel euentus rerum a  
deo prouisarum / et differt fatum a fortu  
na. na fortuna est que fortuitu venit nul  
la palam causa. fatum vero est appositu  
singulis et statutum  
**Fatus**. a. um. loquutus  
**Fatuus**. a. um. a for. ris. dicitur quia im  
periciam suam fando ostendit. vel quia

nec quod ipse fatur nec quod alii dicunt  
intelligit / et differt a stulto quia stultus  
est qui p stuporem non mouetur iniuria  
seuiclam enim profert nec vltus e nec vl  
lo ignominie comouetur dolore nam stul  
tus ebetior corde / et comparat fatu9 ma  
gis fatuus. ssumus / vnde fatue. magis fa  
tue. me / et hec fatuitas. stulticia  
**Faucio**. onis. f. consensus in malo sicut a  
micitia consensus in bono quod enim est  
amicicia inter bonos e faucio inter malos  
**Fauciosus**. a. um. consentiens in malo  
**Faudicus**. a. um. qui uera dicit cui cuncti  
fauent. et videtur componi a faueo et di  
co quod fauetur dictis eius  
**Fauco**. es. ui. fautum. n. suffragari. auxi  
liari. assentire. fauorem dare et proprie  
in malo  
**Fauilla**. e. i. scintilla sed scintilla accesa  
fauilla exticta a fos quod est ignis quia  
per ignem esca fit. vel fauilla. q. fagilla  
quia est cibus ignis vel potius reliquie  
cibi ignis  
**Fauillus**. li. di. paruus fauus  
et Garona que in oceanum et Rodanuz qui in mediterraneum mare excurrunt / **Gallia** hec se p̄uincie Lugdunensium. iiii. q̄rum prima Lugdunensium cuius caput Lugdunum. secunda Senonensium cuius caput Senonis. tertia neutria cuius caput Rothomagus super Secanam. quarta Armerita cuius caput Turonis supra Ligerim / It̄ p̄uincie Treuerensium et Remensium et hec pars Gallie dicitur Belgica. Item alie due in Germania quas Iulius cesar sic nominauit transferens populos a Germania magna que transfretum e ut eadem loca inhereditarent quarum inferior Maguntia et superior Colonia / pars Gallie que dicitur Celtica habet has p̄uincias Bisuntinam q̄ maxima Secanorum nominatur Tarantia infra alpes Vianensium supra Rodanum Arelatensium Narbonensium Aquensium et Ebreduensium / tertia pars Gallie est Aquitania habens p̄uincias Bituricensium Burdegalensium Anxitanam Turoniam et Tholosam **Galliacus.** a. um. idem quod gallicus **Galliantus.** ti. idem quod gallicinum **Gallicanus.** a. um. de gallia. sed proprie qui de Gallia aliquid affert **Galliaris.** a. um. quod ad gallam pertinet **Gallinicum.** ti. i. cantus gallorum. vnde quedam pars noctis a cantu galli gallicinum et galliantus dicitur **Galliarista.** herba que nascitur in locis solidis circa vias **Gallicus.** a. um. de Gallia sed proprie qui ex Gallia natus. gallicus sinus contra Narbonam p̄uinciam est **Gallina.** e. ta pro vxore galli q̄ p̄ quodam signo celesti **Gallinacius.** a. u. quod ad gallinam pertinet gallinacius dicitur gallus qui voce et formam galline exprimit / gallinacius etiam dicitur qui quasi gallina nutrit pullos

cui mulieres solent deplumare ventres & cum urtica fricare qui taliter urticatus libentissime cubat super pullos et nutrit eos ut mater et gratillat ut gallina. It̄ez gallinacius repto cibo dat signum uocis galline

**Gallinella.** parua gallina

**Gallinula.** idem

**Gallogrecia.** eadem galatba

**Gallogrecus.** a. um. idem quod galatbi

**Gallulus.** li. paruus gallus

**Gallus.** li dicitur a castro. q. castratus quia inter aues hec sola castratur

**Gallus.** a. um. gens de gallia et dicti sunt galli a candore corporis secundum enim diuersitatem celi et facies hominum et colores corporumq; qualitates et animorum diuersitates existunt & hinc romanes grandes galeos leues affros versipelles. gallos natura feroces et acutiores ingenio videntur quod climatium facit / inde inueniunt sepe apud autores quod predicta gentium nomina designant proprietates predictas ut iste est asser. q. malignus et versipellis

**Gamael.** interpretatur retributio dei

**Gamalos.** dicitur consolator

**Gama.** e. littera apud grecos apud nos. g.

**Gamo.** grece latine nubo

**Gamos.** nuptie vxor vel mulier

**Ginea.** meretrix a ganeo

**Gana.** ee. leccacitas que fit in ganeo

**Ganearia.** ee. taberna et tabernaria

**Ganearius.** rri. tabernarius

**Ganeo.** onis. leccator in ganeo

**Ganeuz.** ei. locus in terra defossus ad quem causa leccacitatis et scotandi confluebat s; ubi quocumque sit leccacitas ille locus dici potest ganeum a gannio quia ibi multa inutilia gannunt

**Ganeus.** ci. luxuriosus leccator

**Gangarida.** e. g. quidam populus iuxta

**Gangem** fluuium habitantes

**Gangaridum.** quidam Armenie

**Gangarus.** xi. fuit quidam Rex Indie

**Gangenia.** loca occulta et subterranea. s. ganea et est verbum grecum

**Ganges.** is. quidam fluuius qui exiens de paradiso pergit ad Indie regiones hic et fison dicitur a caterua quia decem magnis fluminibus adiunctis sibi adimpletur et efficitur. vnde fertur autem Nilus modo exaltare et super orientis terras erumpere **Ganimes.** des. deus paganorum

**Ganmo.** is. iui. itum. n. intendere. nutritur latrare irridere. vulpium est. hoc enim proprie agunt vulpes. vna gannit alia ogganit. per translationem gannire est inutiliter loqui. quod e proprium leccatorum et luxuriantium

**Gabon.** hebraice latine superbia

**Gamma.** quoddam oppidum quod gammas in Africa condidit et ipsum ex suo nomine appellauit gamma

**Gammis.** tis. quidam Rex fuit Apollinis gammis etiam est quidam populus Affricae gammam oppidum inhabitans

**Garganus.** ni. mons est in Apulia cuius incolae sic dicitur

**Gargara.** e. regio Asiae vberissima. gargara etiam est quidam mons Frigie

**Garrus.** is. iui. itum. n. verbosus. gaudere. blandiri. iocari. proprie tamen garrus est multa dicere aut sordide loqui. ille enim garrus qui multa dicit aut sordide loquitur

**Garrulitas.** tis. verbositas

**Garrulo.** as. verbosus. multa loqui

**Garrulus.** a. um. verbosus non valens nec volens tacere

**Garrum.** rri. liquamen piscium

**Garrus.** rri. piscis

**Gastaldus.** rector loci. i. q. si quis episcopus

**Gath.** interpretatur tentatio

Gauata. e. est uas escarum quia cauata et differt a cōca quia hec cauata illa cōcaua  
Gaudeo. es. gauisus sum. uerbum neutro passiuuz et facit supinum gauisum debet tamen facere gauisum sic audeo aufuz et constructur cum ablatiuo sine ppositiōe ut gaudeo bono tuo. unde gaudens. tis. et gauisus. a. um. et gauisurus. a. ū. pti.  
Gaudium. dii. leticia animi. exultatio ꝑ borum atqꝫ membrorum  
Gauleon. quedam insula iuxta Ethiopiam ubi nec serpens nascitur nec uiuit. unde gaulalus. a. uz. gentile. et sunt gaululi gentes e meridie usqꝫ oceanum besperium peruagantes  
Gaulus. li. genus est nauigiū / Itē gaulus etiam auis que merops dicitur  
Gauus. toga que est uestis Senatoris  
Gaura. natus baiarum  
Gaurus. ri. mons cimis uicinus  
Gausape. is. n. manutergiuuz et facit ablatiuuz i. e. licet generaliter deberet facere in. i. / Inuenitur apud antiquos gauisapū. pi. et gauisapa. e. et hec gauisape. is. et hoc gauisapū. ii. pro eadem. f. mapa  
Gauus. a. um. leuis uerbis  
Gaza. e. lingua persarum dicuntur diuicie thesaurus / gaza etiam est quedam ciuitas palestine ubi Cambises Rex persarum posuit thesauros suos cum bellum Egypciis intulisset  
Gazetum. ti. gazarum repositorium qd et pro ipsa gaza ponitur / gazetum etiam dicitur uinum a Gaza ciuitate allatum  
Gazofilacium. arca uel locus ubi comunis census reponebatur uel ubi in templo colliguntur que in usus indigentiu referuat  
Gazofilax. q. m. qui preest gazofilacio uel custodit uel referuat illud  
Gazola. e. parua gaza

E. grece latine terra  
Gea. urbs Sicilie

Gebenne. aruz. montana ubi posita ē Geneua in Burgundia que sic dicitur. unde gebennensis. e. patrium  
Gectan. filius Eber a quo iudeorum orta est gens  
Gedeon. interpretatur experimētum iniquitatis eorum et declinatur hic gedēo. onis  
Gebenna. e. a gebennon ualle dicta locus ignis et sulphuris inferni uel pena inferni  
Gebennon. uallis quedam iuxta Iherusalem que fuit filiorum Henon. et ab Henon et ge sic dca. q. terra Henon / que uallis olim fuit consecrata ydolīs et scelere ydolatrie repleta cadaueribus mortuorum. ibi enī hebrei filios suos demonibus imolabant  
Gela. e. m. quidam fluuius Sicilie. a gelu quia frigidus est / Gela etiam quedam ciuitas. a gela ibidem flumine dicta  
Gelasco. is. incipere gelare  
Gelaus. a. um. de Gela existens  
Geleceries. terra armenica. f. bolus  
Geledium. dii. gelu candens  
Gelidus. a. um. frigidus. et comparatur uel gelide. dius. me. adu. et hec geliditas  
Gelima. e. manipulus. messis magni. que garba uulgo dicitur quia genu ligatur et manibus. et huiusmodi est  
Gello. onis. m. ineptus rusticus qui aliter bacallaris dicitur  
Gelo. as. stringere terram gelu. et inuenit quandoqꝫ in absoluta et passiuua significatione ut terra gelat. i. gelatur  
Gelonus. ni. quidam populus. quia sit frigidē zone propinquus  
Gelos. grece latine dicitur risus  
Gelu. n. et indeclinabile in singulari sed in plurali gelua. luū. dicitur. a ge et ligo quia liget et stringat terram  
Gemebundus. a. um. similis gementi. uel

qui facile gemit  
Gemellipera. e. que geminos parit  
Gemellus. a. um. di. de gemus  
Geminanter. adu. frequenter. sepius. crebro  
Geminatim. aduer. coniunctim  
Gemineus. a. um. geminei dicti sunt filii Benjamin qui dictus est gemin⁹ quia uel qꝫ manu utebatur pro dextra  
Gemino. as. iterare. duplicare  
Geminus. a. um. i. dupliciter duo / unde gemini dicuntur duo simul nati. et nō tū duo sed plures. de geminis uno abortiuo alter. qui legitime natus fuerit. uopiscus appellatur. gemini. orum. dicuntur tertium signum celi  
Gemisco. is. inchoare gemere  
Gemitus. tus. ploratus. fletus  
Gemma. e. lapis preciosus. q. gūma quia instar gummi translucet. et scribitur ꝑ duo. m.  
Gemmatas. a. um. gemmis abundans  
Gemmo. as. n. pro resplendet. sed pro gemmis ornare. a.  
Gemmosus. a. um. gemmis plenus uel pulcher. et comparatur. unde gemmosus. ius. me. aduer. et hec gemmositas. tis.  
Gemmula. e. parua gemma  
Gemo. is. ui. itum. a. flere. gemitum facere. uide in flico / Item gemere ipsum clamarum eurturum  
Gena. e. locus lacrimarum uel inferior pars oculorum. f. illa pars uultus que inter maxillas et auriculas est unde barba inchoat. dicta a genos quod est barba / gena etiam dicitur palpebra  
Genealogia. e. generatio uel linea generum uel sermo de genere  
Genealogus. a. um. de Genesi loquens  
Genearcha. e. m. princeps et caput totius generis  
Genearchia. e. eius potestas

Genealtecus. a. um. dicti sunt quidam magi propter considerationem natalium dierum quia genesim hominum propter duodecim signa celi describunt siderumque cursu nascentium mores actus et euentus predicti conantur / hii genealtecici mathematici uocantur  
Gener. eris. m. maritus filie tue  
Generalitas. tis. f. uniuersalitas  
Generalis. e. uniuersalis. et comparatur. or. mus. unde generaliter. ius. me. adu.  
Genero. as. generare masculos dicimus feminas uero parturire. a.  
Generositas. tis. f. nobilitas pulchritudo  
Generosus. a. um. nobilis boni generis / et rustici genus habeant non tamen dicuntur generosi. soli enim nobiles solent suas describere genealogias. et comparant. or. mus. unde generose. ius. me. aduer.  
Genesar. stagnum siue lacus in iudea amplissimus longitudine. C. xl. extenditur stadiis latitudine. xxxix. auram ex se excitans unde et genesar quasi generans sibi auram / lacus etiam predictus dicitur stagnus genesaret  
Genesis. is. f. natura uel generatio / genesis etiam dicitur quidam liber ueteris testamenti. quia exordium mundi uel generatio continetur in eo  
Genestra. e. parua arbor et utilis mulieribus propter lanificium quod inde fit  
Genet. grece latine mulier  
Genealtecus. a. um. mathematicus / alii scribunt genealtecus quare uide supra ibidem  
Genealtecum. ci. natuistas  
Genetarius. a. um. qui preest uel utitur genetico uel texturino  
Geneteum. ei. lupanar uel texturinum quia ibi conuentus feminarum ad meretricandum uel opus lanificii exercendum conuenit



**Genialis.** is. m. lectus qui in nuptiis stertitur in quo sponsus et sponsa cubant a gignendo dictus / Itē genialis. e. nuptialis naturalis vel voluptuosus  
**Genialiter.** aduer. naturaliter. nuptialiter vel voluptuose  
**Geniatus.** a. um. gratus. delectabilis  
**Genicularis.** f. quedam herba que ob repellendam scorpionis vim substernitur  
**Genicularis.** e. quod pertinet ad genu  
**Geniculatim.** aduer. flexis genibus  
**Geniculor.** aris. d. genua inclinare flectere vnde geniculatio genuum flectio. adoratio / Itē geniculari genibus flexis adorari  
**Geniculum.** li. paruum genu  
**Genimen.** inis. n. i. generatio  
**Geniosus.** a. um. plenus genio. i. ingenio  
**Genista.** e. g. geniste sunt quidam beretici qui de genere Abrahe se esse gloriantur  
**Genitale.** is. a genio vel gignendo dictus et sunt genitalia sexus uirilis vel femineus idem pudenda inbonesta et uereturum  
**Genitalis.** e. quod pertinet ad genitale vel genituram  
**Genitiuus.** a. um. quod pertinet ad genituram. f. naturalis ut genitiua forma vel ymago in qua genitus est et hic genitiuus. ui. pro quodam casu quia alios casus ex se gignat / vel quia per ipsum genus significamus. ut cum dicitur hoc genus Priami  
**Genitor.** oris. nomen nature est vel originis pater vero dignitatis vel honoris. vnde senes patres dicimus  
**Genitrix.** icis. f. mater  
**Genitura.** e. generatio vel scilicet posteritas  
**Genitus.** a. um. natus. generatus. et hec genita profilia. et hic genitus pro filio  
**Genium.** ii. i. ingenium et honor priuatus  
**Genius.** ii. deus. q. preest nuptiis vel de nature. et dicitur a gigno quia utz beat omnium rerum gignendarum / genius etiaz

inuenitur pro honore publico  
**Genobardus.** di. vulgo gremonus. vnde illud murilegus bene scit cuius genobarda labit.  
**Genos.** grece latine barba. vel natura.  
**Gens.** tis. f. ab vno principio orta multitudo. dicta gens a gignendo propter generationes familiarium siue ab alia natione secundum propriam collectionem distincta ut Asiae Grece. gentes a quibus diuisa est tra. xv. de Iapbet. xxxi. de Cam. xxxvi. de Sem totidem lingue / gens etiam inuenitur in eodem sensu ut gentilis ut conuertimur ad gentes. et in viam gentium ne abieritis  
**Geneticos.** lingua gothorum Antixps vocatur. quod interpretatur dissipator gentium et seductor  
**Gentiana.** e. quedam herba est ab inuentore sic dicta radicibus aristologie similibus  
**Gentilicus.** a. um. de gentibus existens et ad gentiles pertinet  
**Gentilis.** e. et sunt gentiles proprie qui nec circumciduntur ut iudei nec bapuzantur ut christiani. sed tales existunt quales nascuntur / et hic gentiliter aduer. et hic gentilis collectio gentilium. vel proprietates qua quis dicitur gentilis  
**Gentos.** grece latine dicitur decem  
**Genu.** n. et indeclinabile in singulari sed in plurali genua. uum. commisiones femorum et crurum a gena dicta. quia in utero sunt genis composita ibi enim coheret sibi quia infans in utero tenet caput inclinatum inter genua et hinc est quod dum homines ad genua se prosternunt statim lacrimantur. voluit enim natura eos uterum maternum rememorare ubi quasi in tenebris confidebant antequam ventrent ad lucem / et sunt genua consecrata misericordie aures memorie frontes ingenio. vnde venerantes deum tangunt frontem signo.

venerabilis sancte crucis dexteram fidei  
**Genubius.** intimus. interior. domesticus  
**Genuinus.** a. uz. naturalis et hic genuinus deus maxillaris. et etiam quilibet deus potest dici genuinus a gigno. quia naturaliter gigni habeat  
**Genus.** eris. n. est nationis et familie origo initium propago / Item genus quoddam predicabile in dyaletica / Item genus. i. sanguis maneries qualitas substantialis et accidens partium orationis dictum quia generat ut masculinum et femininum  
**Genusius.** ii. fluius palestini regionis  
**Geographia.** e. terre descriptio. a ge et graphia  
**Geographo.** as. terram describere  
**Geographus.** phi. i. terre descriptio  
**Geomantia.** e. diuinitio que fit in terra a ge et mantos quod est diuinare  
**Geomanticus.** a. uz. et geomanticus. a. uz. qui in terra diuinat  
**Geometer.** tri. et hic et hec geometra. tre. et geometer. a. um. qui tractat et docet mensuras terre a ge et metros mensura  
**Geometria.** e. ars que tractat de mensuris terre  
**Geon.** m. fluius de paradiso exiens et vniuersam Echiopiam cingens dictus a ge quod est terra quia in cumento sue inundationis terras irriget Egipti. hic apud egiptios Nilus vocatur propter limum quem trahit qui efficit fecunditatem  
**Georgica.** oru. agricultura seu terre operatio. a ge et orge cultura. vnde quidam liber Virgilii intitatur liber georgicorum quia tractat de agricultura  
**Georgicus.** a. um. agricultor vel de agricultura tractans  
**Georgius.** giu proprius cuiusdam sancti militis a ge quod est terra et orge ira quia tertena in iram habuit propter celestia  
**Gepte.** interpretatur aperiens vel aptus

**Gerá.** grece latine sacrum.  
**Gerabotanium.** ni. herba est. que dicitur berbena dicta a gera quia remediis hominum et purificationibus sacerdotum apta a gentibus probaretur. vnde et eam pontifices sagnium vocabant. q. sacernum.  
**Gerapigra.** e. quedam medicina. que sancta vel sancta dicitur propter eius utilitatem. a gera et pigra medicina  
**Gerara.** e. prouincia ubi Barabee oppidum constat  
**Gerarcha.** e. sacer. Princeps. sicut Episcopus. a gera et archos. vnde hec gerarchia eius potestas  
**Geratica.** ce. quoddam genus carce. que ad factos libros eligebatur similis angustee.  
**Geraticus.** a. um. sacer vel sanctus. vnde geratice dicuntur quedam sacerdotales et sacre littere apud egiptios  
**Gerendus.** a. um. ferendus a gero  
**Gergeseus.** ei. fuit quidam filius Canaan a quo greci dicti sunt  
**Gergonius.** agilissimus. gergos agilis  
**Gergon.** onis. quidam Hispanie tricorpor Rex quod nil aliud fuit nisi quod fuerunt tres fratres tante concordie ut tribus corporibus quasi esset vna anima. ut habuit tria regna Maiorica Minorica et Ebo sum insulas  
**Germania.** e. prouincia Europe post Scythiam inferiorem a Danubio inter Renum fluium oceanumque clausa cingitur terra diues uiris ac populis numerosis in manibus vnde et propter fecunditatem gignendorum populorum Germania dicta est. gignit autem aues hircanas quarum penne nocte perlucet / due sunt Germanie superior iuxta septentrionalem oceanum. inferior circa Renum. ubi feroces sunt homines et semper indomiti raptu venatibus uiuentes eorum plurime gentes varie ar

mis discordes habitu linguas dissonae et  
 origine vocabulorum incerte  
 Germanicus. ci. quidam Cesar dictus est  
 quia germaniam deuicit vñ quia eo anno  
 natus e quo pater eius Germaniam deuicit  
 Germanus. a. um. de Germania existens.  
 Item germani dicuntur quasi ab eadem  
 genitrice manentes. non vt multi dicunt  
 de eode germine. quia tm fratres uocant  
 Germen. inis. surcul9 pregnans ul botrio  
 qui exit a ramo vel radice turgescendo. f.  
 incium floris. et germen dicitur semen a  
 gigno / Item germen potest dici quelibet  
 herba a germine quia germinetur  
 Germinus. a. uz. de germine existens ul  
 ad germen pertinens  
 Germino. as. colligere. germinare vel ger  
 mine implere  
 Germinos9. a. u. germine abudans ul loc9  
 Gero. ris. sti. stum. facere. ferre. vel admi  
 nistrat. sed gerimus nostra velut natura  
 lia. aliquaque natura nobis isundferim9  
 imposita nobis,  
 Geron. ontis. senex vel sacerdos  
 Geronta. e. m. idem  
 Gerontus. a. um. senilis uel sacerdotalis  
 Gerontonium. u. hospitalis locus vene  
 rabilis i quo pauperes senes propter sola  
 senectutem et infirmi homines curantur  
 et pascuntur. et dicitur a geron et conios  
 quod est villa quia talis locus in locis sil  
 uestribus et in villis solet esse  
 Gerra. e. nuga. ineptia / gerra etiam est  
 piscis insipidus x nullius saporis. in plu  
 rali vero aliud significat. nam gerre. aru  
 dicunt cepes ferres circa altaria et copbos  
 Gerratus. a. um. gerris septus  
 Gerro. onis. nugatus. ineptus. insipiens  
 stultus. indiscretus. insipidus ad moduz  
 gerre piscis vel garrulus  
 Geronatus. a. um. ad gerrones pertinens

Gerroneus. a. um. idem  
 Gerfa. e. i. blata.  
 Gerfo. as. gerfa faciem infucare  
 Gerulus. a. u. portator. somaterius iume  
 tum. et inuenitur hoc nomen substantiue  
 poitu hic gerul9 et hec gerulax portatx  
 Gerundius. a. um. per sincopam idem qd  
 gerundius  
 Gerundius. a. um. et dicuntur quedam  
 nomina gerundia q gerunt omnimoda  
 significationem suorum verborum. et in  
 super si veniant a verbis actiuis vel co  
 muniibus vtranq gerunt significationem  
 . f. actiuam et passiuam  
 Gessa. e. genus armoruz vel gallice dicit  
 gisarma et sunt gesse galloruz pila roma  
 norum sarisse macedonum  
 Gessemani. interpretat villa pinguisia  
 Gesse. loc9 Egipti i quo habitauit Iacob  
 Gestamen. inis. n. quidquid portatur  
 Gestator. oris. portator  
 Gestatorium. ris. illud i quo aliquid por  
 tatur vt feretrum  
 Gesticulo. as. n. et gesticolor. aris. d. ide  
 quod gestio  
 Gestio. is. iui. cupere. gestu facere. diuer  
 sis modis agitari. gaudere. luxuriari. la  
 sciuire. gestire. defluere. sed gestire malo  
 rum proprie gaudere bonorum  
 Gestito. as. frequenter gerere  
 Gestorium. ris. ferculum  
 Gestuosus. a. um. flexibilis agitabilis di  
 uersis modis. vnde gestuose. aduer. agili  
 ter flexiliter. et hec gestuositas. tis.  
 Gestus. tus. actus vel corporis agitatio  
 Geter. fuit filius Araz filii Sem carmen  
 Getes. i. goti quadam corruptione nomi  
 nis per deriuationem et declinatur hic x  
 hec geta vel hic et hec getes. es. is.  
 Getulia. e. Affrice ps mediterranea. dca  
 a getulis quia eam incoluerunt siquidem

gete cu ingenti agmine a locis suis naues  
 conscendentes loca fixcium i Libia occupa  
 runt x quia ex getis uenerant getuli dci  
 fut et declinatur getulus. a. u. bti mauri  
 Geura. e. nutrix  
 Gezin. mos est quem colunt samaritani  
 q IGNO. is. nui. scum. dicitur a  
 ge. quod est tra. qa ex terra oia  
 gignuntur. i. generantur  
 Gigantomachia. pugna gigantium.  
 Gilber. bri. m. qui habet gilbum ul poti9  
 ipse tumor idem quod gilbus  
 Gilberosus. a. um. qui habet gilbum qsi  
 pluribus tumoribus oneratus. et compa  
 . or. mus. vnde gilberose. ius. me. aduer.  
 et gilberositas  
 Gilberus. a. um. qui sarcine nimis incum  
 bit vel succumbit  
 Gilbosus. a. um. qui habet gilbum. et co  
 paratur gilbosior. mus. vnde gilbose. si9  
 . me. aduer. et hec gilbositas  
 Gilbus. bi. idem quod strumased struma  
 est tumor in pectore gilbus in dorso  
 Giganteus. a. um. ad gigantem pertinens  
 Giganthomachia. pugna gigantium cont  
 deos. a gigas et machia pugna  
 Gigas. ntis. o. a pugno quasi gegines. i.  
 terrigenes dicuntur ge enim terra gines  
 genus dicitur  
 Gillo. onis. na. rusticus. ineptus. qui alit  
 bacallaris dicitur  
 Gilus. a. um. color est medi9 inter rufum  
 et album  
 Gimel. consolator interpretatur  
 Gingua. e. caro que dentes nutrit a gig  
 nendis dentibus dicta. vnde ginguiari9  
 a. um. quod ad ginguiarum generatione  
 pertinet  
 Ginnas. dis. f. pugna. lucta. cursus. a gi  
 nos quod est nud9. quia solent nudi exer  
 ceri in talibus ludis.

Ginnarches. is. princeps in ginnasio  
 Ginnasium. li. paruum ginnasium  
 Ginnasista. te. g. luctator. palestrizator  
 Ginnasium. ii. idem quod ginnas vñ loc9  
 in quo fiebat. ante enim in alio loco certa  
 tes cincti erant ne nudarentur prius re  
 laxata cingulo repente prostratus quida  
 cursor examinat9 est quare ex consiliu. de  
 creto Antonipomenes vt nudi deinceps  
 exercitarent pmisit illo deinceps ginnas  
 et ginnasium a nuditate dicitur est quia  
 iuuenes nudi exercentur ibidem ubi solu  
 tantum verenda cooperiebantur / Itz lo  
 cus studii dicitur ginnasium x ipsuz stu  
 dium. nam sicut in polestra corpus sic in  
 studio animus exercetur. et hinc omniuz  
 artium vel exercitii locus ginnasium dr  
 Ginnia. e. exercitii qd fiebat i ginnasio  
 Ginnicia. e. idem  
 Ginnicus. a. um. vt ginnicus ludus est  
 quia ludus ginnicus ludus velocitatis et  
 virium gloria. cusus quinq snt genera.  
 sale9. curs9. fact9. uirt9 x luctatio  
 Ginnologizo. as. nude loqui. vel nude  
 racionari  
 Ginnos. grece latine dicitur nudus  
 Ginnosophista. e. g. doctor vel magister  
 in ginnasio. et hinc ginnosophiste dci st  
 quidam philosophi qui nude per opacas i  
 die solitudines solebant philosophari  
 adhibentes tamen genitalibus tegmina  
 ad modum iuuenum qui nudi exerceban  
 tur in campo  
 Gion. locus est vbi Salamon fuit inunc  
 tus in Regem  
 Gippidesquides. quida populi dicti fut  
 pedestri magis q equestri prelio vñ ex  
 hac causa ita vocati fut. q. ges pedestris  
 Gipsatus. a. um. gipso linitus  
 Gipseus. a. um. de gipso existens vel ad  
 gipsum pertinens

Gipso as. gipsolinre  
Giraculum. li. illud cuz pueri ludunt qd  
in sumitate canne vel baculi voluitur et  
contra ventum cum impetu defertur  
Girgillus. li. instrumentum femineu qd  
aliter dicitur deuolutoriu quia stendo  
in girum vnde fila deuoluuntur. filo eni  
a colo in fufum ducitur a fuso in alabruz  
ab alabro in girgillum a girgillo i glom  
cellum a glomicello in pannum a panno i  
telam / Item girgillus est lignum mobile  
ex quo funis in puteu dimittitur ad aqs  
hauriendas  
Giro. as. a. in giru voluere vel circunda  
Girofus. a. um. pauidus tremes oculos ad  
inimicum vertentem formidans  
Girouagus. a. um. circumcirca vagans  
Girum. ri. idem quod girus  
Gir9. ri. c. cui9 i troch9 quo ludut pueri  
Git. genus est leguminis similis cimino i  
quantitate. sz nigri coloris. z in pane dul  
corando spergitur. z ut dicunt medici. ca  
lidum est z siccum in secundo gradu. et e  
git herba que inter frumentum oritur. et  
semen nigrum et que triangulum facit. a  
liquatulam habet amaritudinez z virtu  
tem dissoluendi et consumendi. et est. n.  
et indeclinabile

**LABELLA**. e. pars capit  
que nuda et sine pilis est

Glacellus. a. u. nud9 et sin pilis

Glaber. a. um. leuis. facilis in herbis nud9  
Glabrío. onis. calu9 et in herbis ul tino9  
Glacialis. e. frigidus glacie plenus  
Glacícula. parua glacies  
Glacies. ei. f. aqua gelata. q. gelaquies. a  
gelu et aqua  
Glacio. as. a. glacie stringere  
Gladiator. oris. qui gladio dimicat  
Gladiatorius. a. u. quod pertinet ad gla  
diatorem

Gladiatura. e. ars vel ludus gladiatoris  
Gladio. as. a. gladiis dimicare  
Gladiolus. li. paruus gladius. Itz gladi  
ol9 est quedā herba quia sit foliis gladio  
similis tirsu cubitali floribus purpureis  
Gladius. ii. ensis. a gula. q. guladius qa  
gulam diuidat. nā cetera membra securi  
magis solent trucidari sed collum gladio  
tantum et ad hoc primum factuz est / Itz  
gladius genus piscis qz rostro mucronat9  
fit. hic naues perforans mergit  
Glandeo. es. du. glandes habere v9 emit  
tere. vnde glandesco. is. incho.  
Glandeus. a. um. de glandibus existens i  
ad glandes pertinens  
Glandicula. e. parua glandis  
Glandiosus. a. um. glandibus abundans  
Glandium. dii. idem quod glandula  
Glandula. e. intestinorum pars vel nod9  
q sub cute nascitur ex humoru abudantia  
Glans. dis. f. fructus quercuum / glandes  
etiam dicuntur masse plumbee facte ad  
modum glandium que piciunt cū fudis  
Glarea. ec. argilla. f. terra humida vel la  
pilli minutissimi quos fluuius trahit  
Glaucedo. inis. i. glaucitas  
Glaucitas. tis. in glaucus vide  
Glaucónia. e. vel. tis. macula in oculo vel  
nebula caligo et obscuritas  
Glacum dicunt greci album. vñ hic glau  
cus quidam piscis. quia sit albus / et glau  
cus. a. um. splendor albus, et oculi glauci  
. i. splendidi, habet enim candore admix  
tum viridi / et glaucus. a. um. subniger.  
est enim glaucus color ferrugineus subni  
ger, et glaucus viridis et flauus / glaucus  
ergo albus / splendidus / subniger / rubeus  
flauus / viridis, et comparatur. vnde glau  
ce. cius. me. aduer. et glaucitas. tis.  
Gleba. e. durus cespes cuz herba, et glob9  
quia sit quasi globus

Glebella. e. parua gleba  
Glebo. onis. rusticus arator  
Glebosus. a. u. plenus z abundans glebis  
et comparatur. or. mus / vnde glebose. i9  
. me. aduer. et hec glebositas. tis.  
Glebula. e. parua gleba  
Glicerium. rii. proprium nomen cuiusdā  
mulierj causa adulationis et blandimeti  
a glicin quod est dulce causa adulationis  
impositum. vt mea glicerium quasi mea  
dulcissima. et est. f.  
Glicin. grece latine dulce  
Glicina. grece latine herba dicta a glicin  
quia dulcem radicem habeat  
Glicon. grece latine dulce  
Glicicus. a. um. stupidus torpens. quia  
multum dormit  
Glicius. a. um. idem / glicius etiam dicit  
a glire factus vel ad glirem pertinens  
Glis. dis. f. muffa panis vel vini  
Glis. ris. m. animal paruum multum dor  
miens. et dicitur a gliscere. i. crescere. nā  
somnia facit eos pinguescere et crescere  
tota enim hyeme dormiunt et quasi mor  
tui existunt estate reuiuiscunt  
Glis. tis. f. cardus qui aliter dicitur lapa  
Glis. sis. f. terra argillosa et tenax vnde  
Ebrardus. glis aial glis terra tenax zc.  
Glisca. e. i. mensa a glisco. is.  
Glisco. cis. n. cupere. reipendere. cresce  
ardescere. pinguescere. tumescere. supbis  
ul indignari. et caret preterito vel si ha  
bet debet facere glui  
Glisseus. a. um. de lapa existens vel ad la  
pam pertinens  
Glissosus. a. um. lapis plenus  
Gliteus. a. uz. terreus de argilla existens  
vel ad eam pertinens  
Glitosus. a. um. argillosus  
Globatim. aduer. cumulatim. spissim  
Globatus. a. um. in modum globi factus

vt mundus

Globellus. lii. paruus globus  
Globio. onis. piscis qui et globus dicitur  
Globo. as. a. aceruare. cumulare. rotundaf  
spissare. solidum. et globosum facere  
Globositas. tis. solida rotunditas  
Globulus. li. paruus globus  
Globosus. a. um. idem quod globatus  
Globus. bi. quarumlibet rerum coaduna  
tio et cumulus, proprie tamen globus e qd  
est rotundum. et solidum. f. solida rotun  
ditas. vt mundus, mundus proprie dicit  
globosus. vel globatus. <sup>gola</sup> <sup>pelom</sup> <sup>machia mundi</sup>  
Gomer. etis. m. filorum cumulus  
Glomeratim. aduer. vnatim. cumulatim  
Glomerium. rii. pallium pastorale  
Glomero. as. cumulare. accumulare. adu  
nare. aceruare. in vnum colligere  
Glomicellus. lii. paruus glomus  
Glomus. mi. verberis circulus vel filoruz  
coadunatio cumulus  
Gloria. e. frequens fama cum laude. et d  
gloria. q. glaria vel. q. glaurea quasi ge  
neris laudem  
Glorifico. as. a. gloriosu face. vñ xbalia  
Gloriola. c. parua gloria  
Glorior. aris. d. preferre. se iactare  
Gloriosus. a. um. plenus gloria. f. clarus  
laudabilis. et comparatur. or. mus. vnde  
glorioso. ius. me. aduer. et hec gloriositas  
Glos. oris. f. vxor fratris q cognata dicit  
Glosa. e. expositio sentencie vel littere q  
non solum sententiam. sed verba etiam  
attendit. dicta a glossa quod est lingua  
quia tanq lingua doctoris habet sensum  
et litteram exponere et enucleare  
Glosarius. a. um. qui glosat vel glosatur  
Gloso. as. a. glosam facere. exponere  
Glossa. e. lingua  
Glosula. e. parua glosa  
Glosulo. as. idem quod glosa

**Glunio.** .s. .fuf. .scum. .n. .ipfū clamare por  
 corum. vnde hic glunitus. tus.  
**Gluten.** .inis. .n. .terra tenax vtilis ad com  
 pages nauium et aliorum vaforum. et bi  
 tumen dicitur  
**Glutinanter.** aduer. .i. .confunctim  
**Glutinarium.** .rii quidquid coniungit. .f.  
 vinculum  
**Glutinatum.** aduer. .coniunctim  
**Glutineus.** .a. .um. .de glutine existens vel  
 ad gluten pertinens  
**Glutinium.** .ii. .idez quod glutinarium pro  
 prie tñ illd glutinum illd tenax ē qd fit d  
 glutine ad linendum aliquid  
**Glucino.** .as. .a. .colligare glutinio  
**Glutinosus.** .a. .uz. .plen9 glutinio ul tenace  
**Glutinum.** .idem quod gluten uel illud te  
 nax qd fit de glutine ad aliquid linēdū  
**Glutio.** .is. .iui. .vorare. .absorbere,  
**Gluto.** .onis. .m. .deuorator a glutio. .is. .vel  
 a gula  
**Gluuio.** .is. .iui. .a. .excoriare. .cutē detrahē  
**Gluuion.** .vmbilicus  
 ¶ **NODVS.** .di. .insula est  
**Gnohiacus.** .a. .ū. .de gnosi existēs.  
**Gnosis.** .is. .f. .quedam ciuitas in  
 Greta / Itē gnosis interpretatur scientia.  
**Gnosticus.** .a. .um. .i. .sciens. .a. .gnosis. .quod ē  
 scientia. .hinc quidaz heretici propter ex  
 cellentiam scientie se gnosticos appellat  
 voluerunt. qui diuinam dei naturam esse  
 dicunt. bonum malum creasse deū. et suis  
 dogmatibus fugiunt  
 ¶ **OG.** et Magog gentes sunt.  
**Goge.** .grece. .latine ductio. .vl ad  
 itio  
**Golgota.** .simum est et interpretatur calua  
 ria. .nō ob caput. .f. caluiciū Ade. .quod mē  
 tiuntur ibi esse sepulchrum. .sed ob decolla  
 tionem damnatorum.  
**Golias.** .propriū nomen cuiusdaz philistei.

quem Dauid Interfecit  
**Gomer.** dicitur sperma  
**Gomerea.** .ce. .superabundantia. .sperma.  
 passio vesice cum ueterri tensione. .quis se  
 minis lapsu uexatur. .non enim potest sub  
 stantia feminis sustineri pre debilitate.  
 quānisi diligentia habuerit. .sequitur mors.  
**Gomeros.** .grece. .latine accentus  
**Gomor.** .mensura est antiq̄ continens. .v.  
 sexti. .Item Gomor filius fuit Iapbet  
**Gonos.** .grece. .latine angelus  
**Gorgon.** .interpretatur terror. .vnde tres  
 filie Sorti. .f. .Scemo Curiale et Medusa  
 que interpretatur debilitas lata profun  
 ditas et obliuio dicte sunt Gorgones. .i.  
 terrores. .quia terror erat videntibus. .quia  
 ille tres unum habebant oculum. .quo inui  
 cem utebantur. .et quicūq; eas videbat. .p  
 tebatur in lapidem. .quod nichil aliud fu  
 it. .nisi quia ille tres sorores vnus erant  
 pulchritudinis. .quas cum viderent adole  
 centes. .stupore torpebant. .unde dictum ē  
 quod si aliquis eas vidisset. .vertebatur i  
 lapidem. .et quia minor Gorgon capillos  
 habuit serpentinos. .ideo quādoq; inueit  
 gorgoneus. .a. .um. .i. .serpentinus.  
**Gorgones.** .insule sunt oceani. .quas icolu  
 erunt filie Sorti. .que dicte sunt gorgones  
 in sine Hispanie sunt distantes a cōtinē  
 ti terre bidui nauigatione  
**Gorgoneus.** .a. .um. .ad gorgones pertinēs  
**Gorgoneus.** .a. .um. .serpentinus  
**Goti.** et magoth. filio Iapbet nominati  
 putantur de similitudine vltime sillabe.  
 et sunt gothi orientales. .et occidentales et  
 declinatur gothus. .a. .uz. .a goth dicti sūt  
 gethe quadam corruptione nominis per  
 deriuationem  
**Gothia.** .e. .terra gotorum  
**Gothomel.** interpretatur responsio dei.

¶ **R. A.** .grece. .latine caput  
**Grabatum.** .ti. .reclinati capitis  
 susceptio a gra. .et batuz. .quod ē  
 gradus. .genus est lecti. .ad lectū enī gradū  
 mur. .vt ibi caput reclinemus. .et producte  
 penultimam / Item grabatum. .i. .gremiū  
 sed tunc corripit penultimam. .vnde ver  
 sus. .pro gremio grabatum. .pro lecto tolle  
 grabatum  
**Gracialis.** .e. .subtile. .tenue. .fragile. .macrū  
 structum. .breue  
**Graculus.** .li. .auium genus loquacissimum  
 et vocibus importunum  
**Gracus.** .a. .um. .fedus. .vnde grace fede  
**Gradale.** .is. .n. .qa gradatim canitur post  
 responsorium  
**Gradarium.** .rii. .palafredus equus mollis  
 incessus incedens sine succussata. .Itē gra  
 darius. .a. .um. .quod fit gradatim  
**Gradatim.** aduer. .i. .per grad9 successiue  
 ordinate  
**Gradatio.** .est quidam color rhetoricus et  
 fit cum de precedenti voce subsequens for  
 matur quasi per gradum vocis scio  
**Grador.** .iris. .flus. .d. .i. .ire  
**Gradipes.** .auis que tarda dicit co qd gra  
 ui reteta volatu nequaq; vt cete attollit  
**Gradius.** .dii piscis quia gradatim naues  
 perfollas rostro mergat  
**Gradius.** .ui. .mars quia gradati accedat  
 ad bellū / vel gradius quasi oratio diu9  
 .i. .potens deus  
**Grado.** .as. .a. .gradibus ornare. .per grad9  
 ducere  
**Gradius.** .dus. .id per quod ascenditur ad  
 altare vel ad pulpitum vel alium locum  
 Item gradus est status et proprie digni  
 tatis. .et gradus iter ordinatum  
**Graia.** .e. .vna lingua grecorū. .et graia. .i.  
 greca. .hinc graius. .a. .um.  
**Graii.** .greci

**Gram.** .e. .grece. .latine dicitur littera.  
**Gram.** .tis. .n. .idem  
**Gramatica.** .ce. .litteralis scientia / vnde sic  
 describitur gramatica est litteralis scien  
 tia recte loquendi recte scribendi recte  
 pronunciandi recte construendi gnara  
 docet enim recte scribere. .sine quo non est  
 habere perfectionē ipsius artis. .non tamē  
 ob hoc iniūzo scribendi officium artificis  
 huius artis. .sed potius scribendi scientia.  
 oportet enim. .vt sciat figuras cognoscere.  
 et qualiter debeant fieri. .et que cui sit. .vel  
 non sit preponenda. .vel supponenda. .et  
 omnino figuras sibi eleganter et artifici  
 ose captare. .et hoc quidem necessarium est.  
 sed nō sufficiens. .sicut alia duo que restāt.  
 que ad huius artis perfectionē exigunt  
 .i. .scire recte pronunciare. .et recte constru  
 ere. .ex quibus omnib9. .q. .integraliter hec  
 ars consistit. .quod aliter dicitur gramati  
 ca quasi gramatorum. .f. .ca. .i. .postmo vel repositio. .i. .sequitq; sit. .d.  
**Gramaticus.** .a. .um. .ad gramaticā ptinēs  
 vel gramatica instructus. .et comparatur  
 gramatice. .cius. .me. .aduer.  
**Gramatigo.** .as. .gramatice loqui  
**Gramaton.** .grece. .latine littera dicitur.  
**Gramatum.** .ti. .idem / gramatum. .ti. .qui  
 sumit incium legendi. .vel qui per pagin  
 nes legere potest.  
**Gramen.** .inis. .n. .genus herbe. .dictum qd  
 germinet. .hinc ois herba gramen vocat.  
**Gramineus.** .a. .um. .ad gramen pertinēs  
 vel gramine plenus  
**Gramino.** .as. .gramen colligere  
**Grandeo.** .es. .dū. .esse vel fieri grandem  
 vnde grandesco incho.  
**Grandenus.** .a. .um. .grandis cui senex  
**Grandiloquium.** .ii. .maximus loquutiōis  
 modus multiloquium  
**Grandiloquus.** .a. .um. .qui gradia loquit  
**Grandineus.** .a. .um. .ad gradinē ptinēs

**Glunio.** is. iul. itum. n. ipsi clamare por-  
corum. vnde hic glunitus. tus.  
**Glucen.** inis. n. terra tenax vtilis ad com-  
pages nauium et aliorum valorum. et bi-  
tumen dicitur  
**Glucinantur.** aduer. f. conuictim  
**Glucinarium.** rii quidquid coniungit. f.  
vinculum  
**Glucinatim.** aduer. conuictim  
**Glucineus.** a. um. de glutine existens vel  
ad gluten pertinens  
**Glucinium.** ii. idem quod glutinariu pro-  
prie tñ illd glutiniu illd tenax e qd fit d  
glutine ad linsendum aliquid  
**Glucino.** as. a. colligare glutinio  
**Glutinof.** a. uz. plen9 glutinio ul tenace  
**Glutinum.** idem quod gluten uel illud te-  
nax qd fit de glutine ad aliquid linsedu  
**Glutio.** is. iui. vorare. absorbere,  
**Gluto.** onis. m. deuorator a glutio. is. vel  
a gula  
**Gluuio.** is. iui. a. excoicare. cutē detrahe  
**Gluuion.** vmbilicus

¶ **NODVS.** di. insula est

**Gnoliatus.** a. u. de gnoli existēs.

**Gnolis.** is. f. quedam ciuitas in

**Greta.** Itē gnolis interpretatur scientia.  
**Gnosticus.** a. um. i. sciens a gnosis quod e  
scientia. hinc quidaz heretici propter ex-  
cellentiam scientie se gnosticos appellat  
voluerunt qui diuinam dei naturam esse  
dicunt bonum malum creasse deu. et suis  
dogmatibus fugiunt

¶ **OG.** et **Magog.** gentes sunt.

**Goge.** grece latine ductio. vl ad  
itio

**Golgota.** sirum est et interpretatur calua-  
ria. nō ob caput. f. caluiciu Ade. quod mē-  
tiuntur ibi esse sepulchrum. sed ob decolla-  
tionem damnatorum.  
**Golias.** propriu nomen cuffedaz philistei.

quem Dauid interfecit  
**Gomer.** dicitur sperma  
**Gomerea.** ce. superabundantia. sperma-  
passio vesice cum uereri tensione. quis se-  
minis lapsu uexatur. non enim potest sub-  
stantia seminis sustineri pre debilitate.  
quasi diligentia habuerit. sequitur mors.  
**Gomeros.** grece latine accentus  
**Gomor.** mensura est antiq continens. v.  
sexij. Item Gomor filius fuit Iapbet  
**Gonos.** grece latine angelus  
**Gorzon.** interpretatur terror. vnde tres  
filie Sorti. f. Scemo Curiale et Medusa  
que interpretatur debilitas lata profun-  
ditas et obliuio dicte sunt Gorgones. i.  
terrores. quia terror erat videntib9 quia  
ille tres unum habebant oculum. quo inuis-  
cem vtebantur. et quicūq; eas videbat. fo-  
tebatur in lapidem. quod nichil aliud fu-  
it nisi quia ille tres sorores vnus erant  
pulchritudinis. quas cum viderent adole-  
centes stupore torpebant. unde dictum e  
quod si aliquis eas vidisset. vertebatur i  
lapidem. et quia minor Gorgon capillos  
habuit serpentinos. ideo quadoq; inueit  
**Gorgoneus.** a. um. i. serpentinus.  
**Gorgones.** insule sunt oceani. quas icolu-  
erunt filie Sorti. que dicte sunt gorgones  
in sine Hispanie sunt distantes a cotine-  
ti terre bidui nauigatione  
**Gorgoneus.** a. um. ad gorgones pertinēs  
**Gorgoneus.** a. um. serpentinus  
**Goti.** et **magoth.** filio Iapbet nominati  
putantur de similitudine vltime sillabe.  
et sunt gothi orientales. et occidentales et  
declinatur gothus. a. uz. a goth dicti fut  
gethe quadam corruptione nominis per  
deriuationem  
**Gothia.** e. terra gotorum  
**Gothomel.** interpretatur responsio des.

¶ **R.A.** grece latine caput

**Grabatum.** ti. reclinati capitis  
susceptio a gra. et batuz. quod e

gradus. genus est lecti ad lectu eni gradū  
mur. vt ibi caput reclinemus. et producit  
penultimam / Item grabatum. i. gremiu  
sed tunc corripit penultimam. vnde ver-  
sus. pro gremio grabatum. pro lecto tolle  
**grabatum**

¶ **Gracialis.** e. subtile. tenue. fragile. macru  
structum. breue

¶ **Graculus.** li. auium genus loquacissimum  
et vocibus importunum

**Gracus.** a. um. sedus. vnde grace fede

**Gradale.** is. n. qa gradatim canitur post  
responsorium

**Gradarium.** rii. palafredus equus mollis  
incedens sine succussata. Itē gra-  
darius. a. um. quod fit gradatim

**Gradatim.** aduer. i. per grad9 successiue  
ordinate

**Gradatio.** est quidam color rhetoricus et  
fit cum de precedeti voce subsequens for-  
matur quasi per gradum vocis itio

**Grador.** iris. flus. d. i. ire

**Gradipes.** auis que tarda dicit co q gra-  
ui reteta volatu nequa q vt cete attollit

**Gradius.** dii piscis quia gradatim naues  
per fossas rostro mergat

**Gradius.** ui. mars quia gradati accedat  
ad bellu / vel gradius quasi oratio diu9  
.i. potens deus

**Grado.** as. a. gradibus ornare. per grad9  
ducere

**Gradus.** dus. id per quod ascenditur ad  
altare vel ad pulpitu vel aliu locum

Item gradus est status et proprie digni-  
tatis. et gradus iter ordinatum

**Graia.** e. vna lingua grecoru. et graia. i.  
greca. hinc graius. a. um.

**Graii.** greci

¶ **Gram.** e. grece latine dicitur littera.

¶ **Gram.** tis. n. idem

¶ **Gramatica.** ce. litteralis scientia / vnde sic  
describitur gramatica est litteralis scien-  
tia recte loquendi recte scribendi recte  
pronunciandi recte construendi gnara.

docet enim recte scribere. sine quo non est  
habere perfectione ipsius artis. non tamen  
ob hoc inuigo scribendi officium artificis  
huius artis. sed potius scribendi scientia.

oportet enim. vt sciat figuras cognoscere.  
et qualiter debeant fieri. que cui sit. vel  
non sit preponenda. vel supponenda. et

omnino figuras sibi eleganter. et artificiose  
captare. et hoc quidem necessarium est.

sed nō sufficiens. sicut alia duoque restat.  
que ad huius artis perfectione exiguunt

.i. scire recte pronunciare. et recte constru-  
ere. ex quibus omnib9. q. integraliter hec  
ars consistit. quod aliter dicitur gramati-

ca. quasi gramatorum. fca. i. postno vel repostio. rii. sequi q. sic. d.

¶ **Gramaticus.** a. um. ad gramaticā ptinēs  
vel gramatica instructus. et comparatur  
gramaticus. eius. me. aduer.

¶ **Gramatizo.** as. gramaticē loqui

**Gramaton.** grece latine littera dicitur.

¶ **Gramatum.** ti. idem / gramatum. ti. qui  
sumit incitium legendi. vel qui per pagis  
nas legere potest.

¶ **Gramen.** inis. n. genus herbe. dictum q  
germinet. hinc ois herba gramen vocat.

**Gramineus.** a. um. ad gramen pertinens.  
vel gramine plenus

**Gramino.** as. gramen colligere

**Grandeo.** es. diu. esse vel fieri grandem  
vnde grandesco incho.

**Grandenus.** a. um. grandis eius senex

**Grandiloquium.** ii. maximus loquutiois  
modus multiloquium

**Grandiloquus.** a. um. qui gradia loquit

**Grandineus.** a. um. ad gradinem ptinēs

Grandino. as. grandine emittere uel gra-  
dine percutere et deuastare  
Grandinosus. a. um. grandine abundans  
Grandis. e. magnus. sed grandis ad corp<sup>9</sup>  
magnus ad animam refertur et facit accu-  
satum pluralem grandes uel grandis et  
comparatur. or. mus. unde granditer. is.  
.mc. aduer.

Grandisonus. a. um. grandia sonans  
Granditas. tis. magnitudo  
Granditudo. idem  
Grandiusculus. a. u. aliquantulum grandis  
Grado. is. f. a grano propter similitudinem  
Granerium. ri. ubi grana reponuntur  
Granellum. li. paruum granum  
Graneo. es. nu. habere uel emittere gra-  
num / granesco. cis. incho.  
Grano. as. a. granis implere et inde grano  
Cranum. ni. a grandis quia crescit de gra-  
de efficiatur. et est generale nomen cuius  
libet feminis. per excellentiam tamen granum  
dicitur pro frumento.  
Granulum. li. paruum granum di.  
Graphia. e. scriptura  
Graphium. ii. stilus cum quo in cera scribitur  
Graphus. ii. idem  
Grapho. as. scribere  
Graphos. grece scriptor  
Graphus. i. idem  
Grassatio. onis. crudelitas. voluptas  
Grassator. oris. qui crudeliter agit latro  
predator homicida seu sensus ad crudeliter  
agendum  
Grassor. aris. d. inuadere. perpetrare. la-  
trocinari. predari. impugnare. proprie  
grassari est crudeliter agere et dicitur sic  
ab impetu gradiendi ut dicatur grassari  
-q. cuz impetu gradi ad crudeliter agendum  
Grates. tiuz. i. gratie. sed gratie deo agun-  
tur. grates hominibus.  
Gratia. e. donum. uel donatio. amor. et di-

gratia quasi gratia data / gratie tres dicun-  
tur. diuicie. pulchritudo. sapientia.  
Gratificor. aris. gaudere uel gratias agere.  
Gratum facere uel equiparare.  
Gratificus. a. um. gratis. uel gratum facies  
gratificus proprie qui bonum facit gratum  
Gratiola. e. parua gratia  
Gratior. tius. comparatiuum de gratis. ac-  
ceptor. amabilis  
Gratior. aris. d. gratias agere  
Gratiosus. a. um. multorum amicorum ami-  
cus. qui plus unicuique quam quod mereatur tri-  
butum. et comparatur. sior. mus. unde gra-  
tiosus. sius. me. aduer. et hec gratiositas  
Gratis. aduer. qualitas. s. p. o. c. e. sine causa  
sine spe remunerationis. sine precio  
Grator. aris. d. gaudere uel gratias agere  
Gratuus. a. um. gratus datus et habitus  
unde gratuite aduer. gratis sine causa pro  
quo quandoque inuenitur ablatiuus et da-  
tiuus sicut gratuito  
Gratulabundus. a. um. letus uel letabundus  
Gratulamen. inis. leticia  
Gratulanter. letanter  
Gratulor. aris. d. idem quod grator  
Gratus. a. u. gratiosus. acceptabilis gratum  
seruans. placidus / Item gratus memor be-  
neficii / Item gratus remuneratus. et gra-  
tut. or. mus. unde grate. tius. me. et hec  
gratitudo / gratus animo est. gratificus  
animo et corpore  
Grauetellus. li. aliquantulum grauis  
Grauedo. inis. i. gratuitas. s. z. gratuitas  
ex potestate animi et sententia constat. graue  
do autem corporis est  
Graueo. es. esse uel fieri grauem  
Grauesco. is. incho.  
Grauidicus. a. um. grauis dicens  
Grauido. as. a. grauidum uel grauidam facere  
Grauidus. a. um. grauida est que est semper  
proxima partui quia ita grauiatur. preg-

586

nans est que concepit. et comparatur. or.  
mus. unde grauide. sius. me. et hec graui-  
ditas. tis.  
Grauis. e. dicitur ponderosum a grandis  
quia que grandia sunt grauis solent esse  
et est graue de natura. sed grauidum de  
accidenti fecunditate. ut arbor grauida  
pomis et mulier grauida fetu / Item gra-  
uis honestus. honore dignus. nam graues  
dicimus autenticos et uenerabiles. unde  
et contemptibiles leues dicimus / Item gra-  
uis dicitur pro consilio et constantia. quia  
non leui motu dissilit. sed fixa constantie  
grauitate consistit / Item grauis seuerus  
cuius significata per hunc uersum habetur.  
Pondus / personam. uir / lectio femina preg-  
nans / quodque molestatur dicitur esse gra-  
ue. et comparatur. or. m. unde grauius  
egre moleste uehementer. sius. me.  
Grauissonus. a. um. grauius sonans  
Grauitas. ti. f. fremitas. uenerabilitas ma-  
iestas. ex pondere enim animi et sententia constat  
Grauitudo. inis. idem quod grauedo  
Grauo. as. a. premere. onerare / grauiatur  
quis pondere suo. ingratatur alieno  
Grecia. e. terra grecorum cuius prouincia  
septem sunt. prima ab occidente Dalma-  
cia. inde Epirus. inde Elados. inde Thes-  
salia. inde Macedonia. et due in mari Cre-  
ta et Cyclades. Illiria generaliter omnis  
Grecia est  
Grecisso. as. uel grecissor. ris. d. loqui uel  
se habere more grecorum  
Grecor. ris. idem  
Grecus. ci. fuit Rex Grece a quo Grecia  
dicta est. et grecus. a. um. gentile. unde gre-  
culus. a. um. diminutiuum / lingue grecorum  
hec. Graie. Eolica. Dorica. Athica. Ionica  
Argina  
Gregalis. e. mobilis plebs pro parte primas  
Gregarius. a. uz. de grege existens sicut

587

plebs uili genere natus  
Gregatim. aduer. i. per greges uel secreta-  
tes sociabiliter uel comuniter  
Gregatus. a. um. adunatus  
Grego. as. adunare. sed non est in usu  
Gregorius. ri. nomen cuiusdam sancti doctoris  
Gremiatus. a. um. quod habet gremium  
Gremio. as. a. gremium facere uel gremium  
accipere  
Gremiolum. li. paruum gremium  
Gremiosus. a. um. gremium habens  
Gremium. ii. sinus. sed gremium dicitur  
interius accipere uel secretum. sicut uero  
exterius sinuate uel receptaculum  
Gressus. sius. sicut. ambulatio. iter. gradus  
passus. pes. uel uestigium pedis  
Gressus. a. um. qui magnos habet pedes  
uel magnos facit gradus  
Grex. gis. m. multitudo populorum / Item grex  
ouium uel caprarum et aliorum minorum  
sicut armentum maiorum ut bouum et equorum  
Grillarium. ri. camera grilli  
Grilletum. ti. locus. ubi abundant grilli  
Grillus. li. animal paruum est nomen ha-  
bens a sono uocis. hic retro ambulat terram  
terebrat stridet noctibus uenatur enim  
formicam  
Grina. e. locus oraculi Apollinis in Sinirna  
Grinea. insula Brinea antea dicta nunc  
vero. Circes ubi plurimi taxii nascuntur  
Grineum. ei. nemus Apollini consecratum  
Grineus. a. u. ad grineum pertinens. gri-  
neus etiam Apollo dicitur  
Gripes. is. m. animal pennatum et qua-  
drupes. in yperboreis montibus nascitur  
omni parte corporis leo preter alas et pe-  
des anteriores et faciem quam habet ad simi-  
litudinem aquile ferox et terribilis equis  
infestus adeo ut equitem armatum cum equo  
in sublime rapiant / hii in Sibiria smarag-  
dos custodiunt quos sibi arismet bellan-

tes auferunt

**Grípus.** pí. supbus. ceruicosus. vñ canes paruos et innobiles grípi uocantur q̄ pre ceteris superbi sunt  
**Grístites.** lapis est coloris similis cere. et ñ uenitur in Egipto  
**Grossco.** es. flui. esse vel fieri grossum  
**Grossco.** incho.  
**Grossicies.** ei. idem quod grossitas  
**Grossitudo.** inis. idé / **Grossitas.** tis. idé  
**Grosso.** as. a. grossum facere  
**Grossulus.** a. um. parum grossus  
**Grossus.** a. um. contrarium de subtilis. et comparatur. or. m̄. unde grosse. ius. me. et hec grossitas. et hec grossics  
**Ion.** uir fortis interpretat' ex cuius nomie Athanienses uocati sunt Iones. Item Ion indeclinabile et Ionis filia fuit Inachi. vñ Ion. a. ū. et hoc ionū mare qd' transiuit in specie uacce  
**Iona.** ul' ionas interpretat' columba uel dolens columba p' gemitu qñ in uentre ceti triduo fuit dolens p'pter tristitiam quam habuit de salute niniuitaz ul' p'pter ceteraz subito arefcentē cuius umbra tegebat' cōt solis ardorem ipse est Amachi Sarptane uidue filius quē resuscitauit Helias matre ad eum postea dicente nunc cognoui quia uir dei es tu. et p'bum dei in ore tuo ueritas est et ideo Xpm puerum Amachi dicitur putat Amachi et enī ex hebreo et latina lingua dicit' et quia uer' Helias locutus ē ille q' suscitatur ē dē' ē filius ueritatis  
**Ionatan.** interpretat' columbe donum  
**Ionía.** e. vna pars grecie. Et Ionía est Regio Asiae minoris quā inter secat meāder Ionica una ex linguis grecorum est  
**Ionicus.** etiam dicit' quidam pes ab inuente p'pter sillabaz uel numeroꝝ inaequale sonum Iones enim inaequale dicitur habet enī q' tuor sillabas duas breues et duas longas et ionicus duplex maior et minor maior ex precedentibus longis et sequentibus breuib' ut acerrim' mior e' ut p' ambas  
**Ionis.** filius Noe fuit q' inuēit astronomiā  
**Ionos.** grece latine inaequale  
**Iopas.** cithared' Didonis fuit

**Ioppe.** pes. . pen. pe. oppidum palestine maritimum. unde ioppita. e. gentile  
**Ior.** fons est  
**Ioram.** interpretat' qui est uel diaconus  
**Iordanis.** is. Iudae fluius a duobus frīb' Ior et Dan qui copulati Iordanem faciūt nascit' sub Libano monte et diuidit Iudeam et Arabiā qui post multos circuit' iuxta Ierico in mare mortuuz fluit et int' pretatur ritus iudicii  
**Ios.** i. fluius  
**Iosaphat.** interpretat' domini iudicium  
**Ioseph.** quia mater aliu' sibi addi optauerat uocauit augmentū hunc Farao saphanet appellauit qd' hebraice absconditor reptonū sonat quia obscura somnia reuelauit et dixit sterilitatem interpretat' enī saphanet Egiptio p'mone saluator mundi quia orbe' terre ab imminente famis excidit o liberauit  
**Iosias.** interpretat' saluator ubi est incē' ū dñi uel dñi salus iste enī simulacra icēdit  
**Iosue.** interpretat' saluator ipse enī in figura Xpi populum a de'cto saluauit et i' tra' remissionis induxit idē dicitus est benū .i. filius num Idē Ihs filius niue als Naue  
**Iota.** p'prie d' lra .i. a pud grecos. sed quā dōq' ponit simpliciter p' qualibet littera vnde in Matheo iota unū nō preteribit a lege  
**Iotacismus.** est p. i. plurimum dissonat. et est iotacismus uocalium litteraz exilis p' nunciatio. uel quando in iota lra duplicatus est sonus. s. quādo p' uno iota p'nunciatur duo. uel e' . uel quādo unum spiss' duo exilius p'fert' debent  
**Iouans.** tis. o. aperiens  
**Iouensiles.** di. ad nūcia p'ferēda deputati .q. iou. i. creatori saliores a Ioue et salio et declinat' hi et be iouensiles  
**Iouialis.** e. ad iouem pertinens

Iouis .is. et Iupiter .cris. uel pitris. decli-  
nabatur antiquitus a iuuo et pater .q. iu-  
uans patri/pater in creādo iuuas in regē  
do / sed nunc ex hoc nō iupiter et ex obli-  
quis hui⁹ nominis iouis facta quedam cō-  
functio et dicitur hic iupiter huius iouis  
Iouon⁹ .i. Ianuarius qa oīm mēsu p̄r est

**PA** grece latine dicitur ire

Ipalage est cōfūsiō casuū ul' con-  
structionis uel q̄nc̄p̄ tocūis sentē-  
cie et dicitur ab iper qd̄ est trans et alage q̄  
est mutatio

Ipalaga .ge. aurigarius

Ipapanti .n. et ideclinabile .i. obuiatio ul'  
occurfus .vnd̄ presentatio domini in tem-  
plo .f. purificationis beate Marie x̄ginis  
dicitur ipapanti quia tunc Simeon X̄po oc-  
currit obuiavit et eū in vlnis suis accepit  
et in templo representauit

Ypatem dicunt greci iecur

Ypatesi a patō nouissim⁹ et guissim⁹ son⁹

Ypaticus .a. um. ab ypate qd̄ est iecur qa  
in iecore patitur uel ad iecur pertinens

Yper .i. super trans greca prepositio est

Yperapistes grece idem q̄ rector latine p̄-  
rector ab yp et apistes q̄ fuit vn⁹ d̄ custo-  
dientibus corpus Regis .q. super custodi-  
entes corpus Regis

Yperbaton longa et sup̄ gradiens cōstruc-  
tionis uel snie transcensio .f. cū x̄bum uel  
snia ordine cōmutatur huius quinq̄ sunt  
species Anastrophe / ysteron proteron p̄-  
entesis Themesis et Synthesis

Yperbole placio quedaz figura .q. super  
sniaz et sup̄ veritatem cuz quis loquitur  
extendendo ueritatem ut est durior saxo  
vnde yperbolitus .a. um.

Yperboreus .a. ū. sup̄ qd̄ boreas flat .vnd̄  
quidaz montes Scithie dicuntur yperborei  
sup̄ quos et a quibus boreas flat

Ypercatulletic⁹ .a. ū. x̄sus cui super abū-

dat una sillaba

Yperdulia .e. fuit⁹ que X̄pi humanitati  
debetur .q. super dultam

Yperfanā .e. supbia cuz aliquis vult ap-  
parere supra id quod est

Yperfanus .a. ū. supbia ab yper et fanos  
quod est apparitio

Ypergeus sol cum in die sup̄ terram fert  
ab yper qd̄ est sup̄ et ge qd̄ est terra

Yperion sup̄ omnia ab yper et on qd̄ est  
omne qd̄ q̄nc̄p̄ dicitur de Ioue qui sup̄ omnia  
est q̄nc̄p̄ de sole cum sup̄ faciem tocūis tre  
in circuitu fert quādoq̄ de quodā gigante  
qui super alios fuit

Yperlidus acutus son⁹ in musica ab yper  
et lidus quod est idem

Yperintelicon .i. pl⁹ p̄fectum ab yper  
et intelicon quod est p̄fectum

Yperiphia supergradiens sapiencia

Yperthen ul' upben modus p̄nunciandi q̄  
cōsistit in gēnuatione p̄nūciatione dicti  
onuz sine ulla distinctione ut p̄p̄ gētū  
et interpretatur copulatio

Ypo grece latine dicitur falsum

Ypocandrie precordia Italia

Ypocaula .e. i. subsidium

Ypocentaurus .ri. qui equi bouisq̄ in eo  
natura coniuncta fuisse putatur

Ypocrisis .is. f. simulatio

Ypocrita .e. g. fictor representator alci⁹  
p̄sone simulat eni se esse qd̄ non ē et dicitur  
ypocrita ab yper qd̄ est sup̄ et crisis quod  
est auruz .q. sup̄ auratus quia i sup̄ficie et  
extrinsecus videtur bonus cū ic̄ius sit ma-  
lus uel ab ypo qd̄ est falsum et crisis iudi-  
cū quia dū itus mal⁹ sit bon⁹ se palā ostē-  
dit et ita de eo habet falsum iudiciū dum  
falso vultu incedit et simulat qd̄ non est

Ypodes .q. equi pedes qui equinos pedes  
habet et humanam figuram

Ypodiaconus .i. subdiaconus

Ypodigma predemōstratio

Ypodion grece scabellum latine

Ypodromus .mi. idem qd̄ spidromus ab  
ypo et dromos

Yposora .e. abiectio q̄ potest fieri ab adu-  
sario .i. subdicio uel subiectio ab aduersa-  
rio facta

Ypogaluis .a. ū. nauis ubi equi deferunt

Ypograph⁹ .phi. qui scribit et nominat  
suppositionem publicis fictionibus

Ypogeū .ei. constructū sub terra edificū  
qd̄ nos antrum seu speluncam dicimus ab  
ypos quod est sub et ge terra

Ypoge⁹ .ei. sol cū sub terris uadit in noc-  
te ab ypos qd̄ est sub et ge quod est tra

Ypolidus grauis sonus in musica qui et  
sublidus dicitur

Ypolitus p̄rium nomen

Ypomanes .m. velox ad moduz .vnd̄ p̄p̄  
suam velocitatē dicitur sup̄isse cursu athlā-  
tam / Sz ypomanes ideclinabile et .n. ge.  
est quedam herba que se comedentes facit  
furere uel potis⁹ ypomanes est vir⁹ quod  
distillat ab inguine eque ex nimia luxuriā  
a dum amoris rabie fert et dicitur ab ypos  
quod est equus et mano .as. qa ab inguine  
eque distillat hoc nouerit et malefice solēt  
colligere et pocionem mortiferā inde facē  
qd̄ venenū similiter ypomanes dicitur

Ypopurgium illud ferreum instrū quod  
ligna in igne sustinent dicitur ab ypos p̄r  
et gero .q. ignem subter gerens

Ypos .grece latine sub et ypos .i. equus

Yposarcia humor sub carne ab ypos et  
sarcia quod est caro

Yposilenon herba ortolana dicta q̄ dura  
et austera

Ypostasis .is. f. substācia scie forma intel-  
lecta .f. p̄mordialis matia ab ypos quod  
est sub et stasis qd̄ est stans quia habz sub-  
stare omnib⁹ accidentibus et oia acceden-

cia in se recipit nullo tamen formatur

Ypotans .nii. equ⁹ .fluuiālis quidā p̄sū  
sic dicitur ab ypos quod est equus quia sit  
equo similis dorso iuba et initu rostro re-  
supinato aprinis dentib⁹ cauda tortuosa  
virgulis binis die in aquis gmorat nocte  
segetes depascit hunc Nilus gignit

Ypotbeca .ce. cum res cōmodatur sine dis-  
positione pignoris pacto ul' caucione sola  
interueniente et differt a pignere qa pig-  
nus est quod p̄pter rem creditaz obligat

Item ypotbeca idē q̄ apotheca .vnd̄ ypo-  
thecari⁹ .a. ū. quod ad ypotbecam p̄tinet  
et hic ypotbecari⁹ q̄ rem noie suo accipit

Ypotbesis .is. f. i. cā ab ypos q̄ est sub et  
thesis positio ubi cum certa p̄sona contro-  
uersia est et ypotbesis est substācia dispu-  
tatio et cōdicio uel suppositio uel cōsens⁹  
vnde ypotbesic⁹ .a. ū. ḡdionalis uel sup-  
positiuus

Ypoticene domus ergasterium

Ypozenis quedam figura ubi in sensib⁹  
singulis p̄pria vnicuiq̄ clausula est

Ipsē .ipsa .ipm. potest iungi cuz prima p̄-  
sona sc̄da et tertia sed cū prima et sc̄da  
figurate cum tertia sine figura et est ipse  
de sc̄da sillaba p̄nomen relatiuū et discre-  
tiuū ut ego ipse tu ipse relatiuū ego sum  
ipse Eneas discretiuū ut ego ipse tu ipse  
nam discernit p̄sonam cui coniungitur of-  
tendens p̄ se facere non per alium

Ypus grece latine equus

R .n. et indecli. palma manus

Ira .e. dicitur ab ur qd̄ est ignis et  
flama .q. ura quia incendit et in-  
flamat et est ira presens cōmocio animi et  
ex causa nascitur

Iracundus .a. ū. qui facile irascit .q. accen-  
so sanguine in furorē cōpellitur et cōpat̄.  
vnde iracunde .di⁹ .me. aduer.

Iraacor .eris .irat⁹ .d. ḡmoueri ad iram

**Ira**tus. a. ū. differt ab iracundus nam iratus p tempore concitatus iracund⁹ facile et frequenter irascitur  
**Ireos** lilium agreste  
**Iricius** idem q̄ ericius  
**Irinaci⁹** aial dicit̄ ascendere sup vitēs et exacinare unaz ita ut acini cadant in trā et tunc inuoluit se sup illos ita ut acini figantur in spinis eius et sic portat escam filiis iricius uel ericius idem facit quare idem uidetur  
**Irinus** est snia cōtinuate rōnis tenorē suū usq̄ ad ultimum tenens  
**Iris**. is. m. arcus celestis ab aer dicit̄ eo q̄ ab eo descendat in terrā yris nichil aliud est q̄ nubes opposita radiis solis multipliciter informata ea enī est natura luminosi corporis ut semp in oppositam partē mītat radios Sol enī cū sit luminosum corp⁹ radios suos i oppositā ptem mittit in quā quōq̄ nubes inuenit que in vna sui pte est densa in alia densior in alia dēssima. It̄ in alia sui pte rara in alia rarior in alia rarissima. Item in illa que est densa solares radii. q. in vitro conclusi rubrum colorez faciūt in densiori ceruleum in densissima nigrum. It̄ in rara viridez in rariori croceum in rarissima album et ita scdm maiorem densitatem illius nubis magis accedit ad colores nigredini affines et scdm maiorem raritatem magis accedit ad colorem albedini affine qui licz sex videat̄ habere colores duos tamē in p̄tate principaliter habet / ceruleū qui ext̄⁹ et aquosus est iudicium preteritū significat ne amplius t̄ meāt̄ rebeum qui interi⁹ futurū iudicium per ignē significat ut certitudinaliter expectet̄. Si yris videat̄ i mane uidetur in occidēte si in vespe in oriēte si in meridie in septentrione in meridie nunq̄ uideri potest cū sol in opposita pte nūq̄ possit esse

hinc ppter varietatez coloris yris dicit̄ quedaz gēma que in arabia in mari rubio nascit̄ coloris cristalli sexangulata dicta sic nā sub tecto pculsa sole spēs et colores arcus celestis in p̄ximos p̄tetes imitetur. Item et quedam herba yris dicit̄ que eius flos coloris uarietate arcum imitet̄ celestē hec a latinis arcus dicit̄ eadem et illirica quia in illiria abundat spēs ei⁹ foliis gladioli filibus radice aromatica odor boni Iromirreum. ci. fructus mirre uel mixtura mirre et aloē  
**Ironia**. e. snia p̄nunciacioni q̄rium habēs intellectū si sic laudens et uitupare intel ligat̄. unde ironi⁹. a. ū. et ironice aduer.  
**Irradio**. as. n. int⁹ uel ualde radiare  
**Irrationabilis**. e. nō rationalis. unde irrationabiliter et hec irrationabilitas  
**Irrrefragabilis**. e. i. inuincibilis cui resisti et instari non potest. unde irrefragabilis et hec irrefragabilitas. tis.  
**Irregularis**. e. non regularis. unde irregulariter et hec irregularitas  
**Irrupo**. pis. psi. n. intus repere  
**Irratio**. is. iui. titū. a. ilaqueare impedir̄  
**Irreuerens**. tis. o. non reuerens et compāt̄ vnde irreuerenter et hec irreuerentia  
**Irreuocabilis**. e. i. nō reuocabilis. unde irreuocabiliter adū. et hec irreuocabilitas  
**Irrigeo**. es. gui. n. valde rigere  
**Irrigo**. as. n. valde uel intus rigare. vnde irrigu⁹. a. ū. madid⁹ fertilis fecundus uel stercoratus et irriguum. gui.  
**Irritamen**. inis. n. ab. irritō. as.  
**Irritamentum**. ti. idem  
**Irrito**. as. a. euacuare uanum facere debilitare destruere prouocare. vnde hunc irri tet dominus qui nos irriat ad irā irriat euacuat irriat prouocat iram p̄ prouocat mediam producit in aliis corripit  
**Irrit⁹**. a. ū. van⁹ cassus nō firm⁹ uel irrit⁹

pro irritatus p sincopam  
**Irrigo**. as. a. inferre. vnde p̄bale  
**Irroro**. as. a. aspergere infundere  
**Irrugo**. is. iui. uel. gi. tum. n. ad modum leonis clamare  
**Irirugo**. as. a. valde uel intus rugare  
**Irrumpo**. pis. rupi. ptū. a. violenter rum p̄re et rampendo intrare  
**Irruo**. is. rui. utum. n. in aliquā ptem ruē et ipsum impetere  
**Irundo**. inis. f. p̄mis aquatilis que et sanguisuga dicitur  
**Irundineus**. a. ū. ad irundinem pertinēs  
**Irundinus**. a. ū. idem irundineus etiam dicitur paru⁹ filius Irundinis  
**Irundo**. inis. f. auis dicta ab aere quia cibos non sumat residens sed in aere capiat garrula auis et p tortuosos et flexuosos circuitus volans et in nidis cōstruendos educandisq̄ fetib⁹ solertissima hīs in se q̄dā preciniū q̄ lapsa defat nec appetat culmīa adiq̄ quoq̄ auib⁹ nō impetit nec unq̄ preda est / Maria transuolans ibi hyme comoratur  
I. S. ea. id. scribitur sine. b. vnd̄ in plurali. ii. ee. ea. iis / sed hi et he de hic hec hoc / debz aspirari. et p vnū. i. et vnū. e. scribi.  
Isaach ex risu nomen accepit. risat enī p̄ q̄n̄ p̄missus est ei / admirās in gaudio / riserat et mater / dubitās in gaudio. vnde Isaac risus interpretatur  
• **Isacar** interpretatus est merces. is enī dī et acar merces  
• **Isagoga**. ge. instructio uel itroductio. vñ et apud dialecticos / itroductens ad artem dialecticaz / Isagoge dicit̄ et etiā liber porfirii dicit̄ isagoga quia itroductor⁹ est ad librum predicamentorū. vnd̄ Isagogo. as. itroducere et isagogus itroductor litterarum ;

Isagoge. i. itroducciones.

**Isai** interpretatur In sule holocaustum  
**Isayas** interpretat̄ saluator domini et merito saluationē vn̄uersarū eiusq̄ sacramēta ampli⁹ q̄ ceteri predicauit  
**Isara** flumi⁹ Gallie fluens Rodano  
**Isarus** flumi⁹ Italic fluens p̄sus mare  
**Isobeseb** vir confusionis interpretatur  
**Iscaidus**. a. ū. q. excolidus quia iam aculture exierit  
**Isariotb** memoriale domini uel memoria mortis interpretat̄ sic dictus est Iudas a vico quo natus est  
**Isquitos** grece latine dicitur fortis  
**Isis**. is. uel. idis. f. lingua. Egiptiorū terra dicit̄ fuit enī Isis Regina Egiptiorū Inachi filia. que de Grecia veniēs egiptios līteras docuit et terram colere instituit / iō terram ei⁹ nomine appellarunt et interp̄tatur isis reuelatrix. quia predicta reuelauit egiptiis. vnde isiacus. a. um.  
**Ismael** interpretatur auditio dei sic enī scriptuz est et vocabis nomen eius Ismael quia exaudiuit eū domin⁹ / et fuit Ismael fili⁹ Abrahę et a quo Ismaelite qui nūc corrupto noīe saraceni dicunt. q. a sarra  
**Ismara** vbrs Tracie. vnde ismarus. a. ū.  
**Ismara** etiam montes Thessalie tracie  
**Ismaris** lapis asper et indomitus omnia atterens et que gēme tunduntur  
**Iso** grece latine dicitur intro  
**Isofag⁹**. gi. gutur ab iso et fagin comedē  
**Isopletos** figura plana recta et subtus cōstituta  
• **Isoopus** est herba purgandis pulmonibus apta. Isoopus dicit̄ etiam sparforium aque benedictę. q̄a in quibusdā locis fit ex illa herba uel dicit̄ sic ad similitudinē purgationis. et est. f. ge. vnde quidaz. sinapis comestib⁹ purgat. ysoopus pectus.  
**Isopalis**. is. ciuitas est Hispanie quā Iulio Cesar condidit ex suo et Rome vocabulo

Iuliam Romulā appellauit. Ispalis enim a sicu dicta est quia in solo palustri fixis i pfundū palis locata sit ne lubrico instabili fundamento caderet. vnde Ispalensis. e. patrium

Israel. m. et. indecl. Israel. is. Iacob dē fuit et interpretat vir videns deū. Is. enī dicit v. r. ra. vidēs. el. de9 / tūc enī hoc nomen accepit qm̄ tota nocte luctatus vicie in certamine angeluz et oriente Lucifero benedict9 et inde ppter visionē dei Israel appellatus est et hinc duodecim Trib9 Iudeoz Israel vocabulū sortite sūt et hīc hīc et hec Israelita. e. et israelitic9. a. uz. Isac. i. ex ista pte uel p istam partem Iste. a. istud p nomen demonstratiuū Isteza. e. nauis uel tabulatum super quod naute ambulant

Istic aduer. i. in isto loco

Istinc aduer. i. de isto loco

Istorologia est mutat9 ordo snie cuz jobis ut torrere parant flamis frāgere saxo primo enim solet in malo frangi triticum et postea torreri. i. flamis coqui ergo et sens9 et verba cōfundunt. Item Virgilius mori amur et in arma ruamus. Itez. ps. hic accipiet benedictionē a domio et misericordiā a deo saluari suo nam prius dominus mīfando iustificat impiū et benedicendo ornat iustum et dicit ab istoron qd est post et logos qd est s̄mo. q. sermo preposterus Istoron proceron est snia ordie mutata ut postq̄ arros tetigerit fluct9 ad equora venit antea enim venit ad equora deinde fluctus tetigit

Istorum aduer. psus istam partem

Istromatbeas est opus laruar9 uel lasciuosum ex varia diuersitate cōtextum. vndē istromates dicuntur tabernariū uel cematariū quia ibi varia contextuntur

**T**A aduer. similitudinis. i. sit in hunc modum

Itaca Insula est patria Vlixis

Itacus. ci. i. Vlixes. Itac9. a. u. de itaca et Itacensis. e. idem

Italia. e. oliz a grecis occupata magna grecia appellata ē dicta a Rege Saturno saturnina mox et latium dicta eo q̄ idēz saturnus a Ioue sedibus suis pulsus ibi latuerit postremo ab Italo Siculoz Rege ibi regnate Italia nominata cui9 situs longitudinem amplius q̄ latitudinē a circio in eurtuz extendit a meridie ttrreno mari ab Aquilone adriatico diuidit ab occiduo alpium iugis figit terra oibus in reb9 pulcherrima soli fertilitati et pabulū vbertate gratissima Italia et Hispania. idcirco hesperie dce q̄ greci vel po stella nauiget in Italiam et Hispaniam si hesperia sola dicit significat Italiam si uero addis ultimā significat Hispaniam qa in occidentis fine est / vt historia Longobardoz testat Italia has habet puincias phibet. Venetiam que prima in icēsu / Vicenziaz et Veronam Montēq̄ silicis Mātuam quoq̄ sed et terminos a Pannonie finib9 usq̄ ad Danuuium sibi quoq̄ Istriā iungit que amplior q̄ nunc est fuisse pbatur / Scda Liguria que a legendis legumibus dicit quoz ferax est in qua Mediolanū et Papiā que usq̄ ad Galloz fines extēsa p̄positione nominat / Tercia quoq̄ terciāz primā q̄rtā Retiā scdam quintā que alpes Tuscie dē hec a Liguria usq̄ ad mare extēsa ab occiduo Galloz finib9 copulat in hac Tereona et Monasteriū Bobiū Ianua et Saona ciuitates habent. Sexta Tuscia q̄ habet intra se Romam caput mundi Aureliā Vmbriam Perusiuz et Lacū Dictorū ac Spoletū. Septima Campania ab v̄be Rome usq̄ ad Siler Leucate fluuiuz producta

In qua Capua Neapolis et Salernum. Octaua Lucania a Siler Inchoans vsq̄ ad fretum Siculuz p ora Tirreni maris dextruz Italie cornu tenens attingit in qua Pestus Laminus Cassinū Consentina et Regiū Cintrates positae sunt. Nonaque a pennis alpiibus alpīs enciarum nuncupatur in quo sunt tiri foromanus mons Belius Bobiuz et Verona. Decima Emilia a Liguria incipiens inter apenninos alpes et Padisluenta versus Rauēnā pergit in qua Placencia Palma Bolonina Corneliuz forūcus9 Castrū Imola appellatur. Undecima flaminea que iter apenninos alpes et mare adriaticū posita Rauennaz et quinq̄ alias Ciuitates quez Pentapolis vocitat continet. Duodecima picenus habens ab austro apenninos montes ex altera pte Adriaticū mare usq̄ ad flumē piscarie in qua sunt Ciuitates / Firmus Escul9 et Adria. Terciadecima Valeria cui ē Muria annexa inter Vmbriam et Campaniam Picenuz existit i hac sunt Ciuitates Tiburis carfolis beate furtone et Mirtenum Regiōq̄ maroz et corū lacus fuctinū. Quartadecima Cumum inter Campaniam et mare adriaticū Apuliamq̄ a Piscaria incipiens habetur in hac sunt Ciuitates Theate Ansidena Issauria antiquitate cōsumpta / Saniū a quo tota puincia nomen accepit caput hāz ditissima est beneuentum. Quintadecima Apulia cōsociata sibi Calabria intra quā est Regio Salertina hec ab occidente uel Africobabz Saniū et Lucaniā a solis ortu adriatico mari finit hec habet ciuitatez Lucerianā Sipontū Canusium Argenciam Brundisium Tarentū in sinistro cornu Italie y drontuz. Sextadecima Sicilia q̄

Tirreno mari et blonio abluif Septima decima Corsica. Octauadecima Sardinia que tirrenis fluctibus ambiuntur Icalica Ciuitas ulterior Hispanie Italic9. a. um. homo de Italia Italus. li. Rex fuit a quo Italia Regio dicta est

Itaq̄ qm̄ penultima acustur coniunctio ē rationalis quādo penultima corripit aduer. i. similitudinis

Italius genus marmoris est enī diuersis maculis coniuinctus

Ite imparatiuū de eo. is.

Item add. ē. similitudinis uel ordis. i. iter.

Iter. eris. antiquit9. s̄z nunc itineris.

Iter. it9 ē uia qua iri ab homine q̄q̄ s̄suz potest iter est locus transitu facile. vnde et appellat aditus itineris est longe vie et ipse labor ambulandi ut quo uelis inueniunt tamē qm̄ in eadem significatiōne iter et itiner. scdm̄ hoc ex his duobus nominib9 sit v nū nomen. Iter nō est in v̄sū sed ei9 obliquū sic qm̄ ex nōio iter et obliquis de itiner factum est v nū nomē et dē hoc iter itineris. itineri. itinere.

Iteratim aduer. ordinis uel qualitatis

Iteratos accusatiu9 de itatus inuenitur

positiu9 aduer. i. iteratim. i. alia vice

Itero. as. ire. reuocare. repetere. vnde iteratus. a. um.

Iterum aduer. nūc qm̄q̄ altera vice

Idem est p̄positum de item et idem. i. f̄ iten. s̄z iterū uel itidem est p nomen. et. n. ge. et tm̄ nti. et acti. et tm̄ ualec q̄tuz

Idem ad ipsum.

Itiner. eris. vide in iter

Itinerarius. a. ū. qd̄ p̄tinet ad iter.

Itinero. as. ire

Itio. onis. f. actus jobi. de eo. is.

Itium supinum de eo. is.



**Icus.** tus. est via qua iri ab homine qua  
q<sup>3</sup> verum potest

**VBA.** e. crinis equorum et ali  
orū animalium irrationabilū.

**Iuba** etiaz dicitur crista que sup  
ponitur galee uel ppter noticiāz uel frus  
tacionem ictuum.

**Iubar.** ris. n. splendor uel incium ortus  
solis uel lucifer quia ppter radios qdlibz  
istorum videt iubarum quia dirigit ra  
dios ad modum iubarum

**Iubatus.** a. um. cristatus et crinitus

**Iubeo.** es. ssi. fluz. a. ipare sed iubere est  
voluntatis obsequium imparare ubi est  
debitum

**Iubilatio.** onis est qn ineffabile gaudium  
mēte cōcipit q nec abscondi possit nec p  
monibus apiri et inde quibusdā motibz  
pmit quis nullis prietatibus exprmat

**Iubileus.** ei. Annus requietionis gaudii  
et leticie et remissionis quo sui liberati  
donabant debita relaxabant captiui ab  
soluebant possessiones gētis restituebant

**Iubilo.** as. cantare gaudere quadaqz voce  
confusa pgaudio exultari et letari vnde  
x balia

**Iubilus.** li. argutus sonoz letabund9 cā  
tus pprie quidem Iubilus est vox cōfusa  
pre gaudio

**Iubosus.** a. um. iubis abundans

**Iuda** filiz fuit Iacob et interpretat con  
fessio qn eni Lia eum pepit laudem dno  
retulit dicens nūc semp cōfiteor hoc dno

**Item Iuda** indeclī. pro populo Iudeorū  
quam ppterea dicitur

**Iudaism9.** mī. consuetudo et ritus Iude  
orum uel gens

**Iudaizo.** as. Iudeum facere uel more Iu  
deorum se habere

**Iudasiacobī** qui appellat alibi lebeus fi

guratum nomen habet a corde quos nos  
diminutue corculum possum9 appellat  
ipe in e. euangelista T bade9 dicit que  
ecclesiastica historia tradit missum edif  
sam ad Abagarum Regem

**Iudassariotb** uel othīs. uel a uico in quo  
natus est uel a tribu Isacar uocabulū sup  
sit quodam futuro presagio in cōdemna  
tione sui Isacar interpretatur merces  
ut significaret precium pditois quo vē  
didit dominuz scariotb interpretat me  
moria mortis quia repete persuasus est  
sed diuicius

Iudea est terra quam incoluerunt Iudei  
Regio est Palestie a Iuda dicta in cui9  
medio ciuitas hierosolima est terra vari  
arum opum diues frugibz fertilis aquis  
illustris optima balsamis. vnd scdm ele  
mentoz graciaz extimauerunt Iudei eā  
pmissam patribz terrā fluētē lac et mel

**Iudeus.** a. ū. a Iuda qd nomē scifura de  
cem tribuū hebreis imposuit. nam prius  
hebrei uel hismaelite dicti sunt. sed ex  
quo in duo Regna populus dei diuisus  
est tunc due tribz que d stirpe Iude Re  
ges habebant. Iudeoz nomen sortite sūt.  
reliqua pars decem tribuū que in Sama  
ria Regem sibi cōstituit. ob populū mag  
nitudinē pstinū nomen retinuit. Isrl. i  
terpretat Iudeus confessor siue confitēs.  
que interpretatio ab eis longe absentat.  
non enī nunc dicunt confessores sed po  
tius diffessores

**Iudex.** cis. a ius dicit. quia ius dicens po  
pulo uel iure disceptans iure enī discep  
tare est recte iudicare nō enī est Iudex  
si non sit in eo iusticia

**Iudicabilis.** e. aptum ad iudicandum uel  
qd potest iudicare

**Iudicarius.** a. ū. qd pertinet ad iudicē

**Iudicatorium** locus ubi iudicatur

**Iudicatorius.** a. um. qd iudicatur

**Iudicialis.** e. qd pertinet ad iudicium

**Iudiciarius.** a. um. idem

**Iudiciolum.** li. puum iudicium

**Iudicium.** cii. iurisdictio et ostensio et ē  
iudicium dum discutitur causa cum pro  
ponitur iusticia dum diffinit iudicium  
parū potest dici iusticia uero iniusta  
esse non potest.

**Iudico.** as. iure disceptare uel dicere uel  
determinare causam de iudicio damna.

**Iudicum** liber nominat a principibz po  
puli qui presuerūt in Isrl post Moysen  
et Iosue anteqz Dauid et ceteri Reges ex  
isterent hūc librum dediisse creditur

**Iudith** uida laudanda que interfecit  
Olofernez et liberauit Isrl de manu hol  
tis et interpretat laudans uel Iudea

**Iugabilis.** e. iugibilis giugio ditatus

**Iugalis.** e. idem

**Iugamen.** inis. a iugo qd coniungit iunc  
ture artuum

**Iugamentum.** ti. idem

**Iugati9** deus a iungendo coniuges

**Iugator.** oris. verbale

**Iuge** sine defectioe

**Iugerum.** ri. spaciuz terre scdm qd vñ  
aratur potest arare in die et inuenitur  
hoc iuger. cris. in eadem significatiōe.  
constat enī longitudine pedū. CC. xl.  
latitudine. Cxx.

**Iugio.** is. clamare misuorum.

**Iugis.** e. continuus assidu9 perseuerans

**Iugitas** assiduitas perseuerancia

**Iugiter** aduer. assidue continue perseue  
ranter. **Iuglans.** dis.

**Iugo.** as. copulare matrimoniū cōiungē

**Iugosus.** a. ū. montuosus uel cacuminos9

**Iugulamen.** inis. iuguli incisio

**Iugulamentum.** ti. idem

**Iugulator.** oris. sbale de iugulo. vnde  
iugulatorius. a. um.

**Iugule.** ap. stelle que sui dispositione iu  
gum ostendit be orientes dicuntur

**Iugulo.** as. occidere iugulum incidere

**Iugulum.** li. puum iugum

**Iugulus.** li. guttur uel gutturis incisio

**Iugulus.** li. astrum qui orion dicitur vide  
in orion

**Iugum.** gi. cacumen montis quia pping  
tate iugoz colles iungantur. Item iugū  
illud instrū ligneū quo boues iuguntur

ad aratrum inde iugum quadā similitu  
dine dicitur fuitus uel captiuitas. Itē iu  
ga dicuntur trastra ubi remiges sedent.

**Iulia** Augusti filia que turpissime vix  
it. Item Iulia quedam columna Rome i  
cui9 sumitate est v rna in qua fuerūt po  
sita cinis et ossa corporz Iulii Cesaris

**Iulianus.** a. ū. a iulio posse. Itē hic Iuli  
anus. ni. pprium nomen viri

**Iulius.** lii. dicit9 est Cesar prim9 Roma  
noz Impator a Iulo Enee filio a quo pro  
cessit. vnde Iulius. lii. quidā mensis qui  
primo dicitur est quintilis sed postea in  
honore Iulii Cesaris qui eo mense natus

est uel quia in eo aliquam victoriā ob  
tinuit dē9 est Iulio. vñ Iulio. a. ū. pos f.

**Iulos** grec latie pma barba. s. lanugo dē  
Iulus li. filius fuit Enee qui primo voca  
tus est ascanio ab ascanio frigie fluuio q  
postea flus ab Ilo Rege a quo ilo postea

Iul9 a prima lanugine barba que ei nas  
ci illo tempore incipiebat

**Iumentaria.** e. custos iumentū

**Iumentarius.** rii. in eodem sensu. Item

**Iumentarius.** a. ū. qd pertinet ad iumentū

**Iumentuz.** ti. equ9 bes uel asinus a iuuo  
quia nrm laborez uel onus suo adiutorio

subnectando et arando iuuent nam car  
penta trahit bos et durissimas terre gle  
bas vomere vertit equus et asinus portat  
onera et boem in gradiendo laborem te  
perant eadez armenta quia sint apta ar  
mis alii armenta tamen boues intelligunt  
ab arando. q. aramenta uel quia sint cor  
nibus armata

Iuncata. e. lac concretum et in iuncis in  
uolutum

Iuncetum. ti. locus ubi iunci abundant  
Iuncus. a. um. de iuncis existens uel ad  
iuncos pertinens uel macer et subtilis ad  
modum iunci

Iunctim aduer. a fungo. is.

Iunctura. e. commissura actus uel passio iun  
gendi uel id quod iungitur

Iunculus. li. paruus iuncus

Iuncus. ci. quia eo aliquid iungitur et i  
gatur uel quia iunctis radicibus hereat

Iungibilis. e. aptus ad iungendum. uel  
iungibiliter aduer. et hec iungibilitas

Iungo. is. xi. ctum. a. adunare

Iuniperus. ri. arbor dicta siue quod ab am  
plo in angustum finiat ut ignis siue quod  
ceptum diu teneat ignem adeo ut si pri  
me ex eius cinere fuerint aperte usque ad  
annum perueniant / pir enim apud gre  
cos ignis dicitur est autem iuniperus alia  
parua alia maxima

Iunior. is. est comparatiuum de iuuenis in  
regulare et quod ponitur pro positiuo

Iunius. ni. quidam mensis a iunioribus  
dictus. unde Iunius. a. u. poss. ut Kl.  
de Iunio

Iunx. cis. et dicuntur iunices bones iu  
uenes

Iuno. is. f. dea nubentium et perturien  
tium dicitur a ianua quia. q. ianua propaga  
tionis feminarum est uel quia portas ma

tronarum pandit et naturas nubentium ma  
ritis uel. q. iuuas nouos et est Iuno diui  
na bonitas quia nouos iuuat quia creata  
gratia sua nutrit et etiam aer qui simili  
ter iuuat nouos quia infantes a calido et  
humido ueniente uero recipit et fouet  
quia ipse solus inter elementa calidus est  
et humidus hinc etiam eadem lucina. i. dea  
partus

Iuno argina dicta quia apud argos max  
ime colitur

Iunonius. a. um. poss.

Iupiter uide supra in Iouis

Iuramentum dicitur sacramentum in deum  
Iura enim leges diuine sunt execratio est  
ita sic malum paciatur

Iurgamen. inis. reprehensio castigatio in  
pugnatio uel uerberatio litigatio

Iurgialis. e. contentiosus in lite

Iurgium. gi. litigatio uel uerberatio.  
q. iuris garrum uel actio

Iurgo. as. iure agere uel iurgia garrum ga  
bi qui causam ducunt disceptare possunt  
et accipiuntur in duabus significacionibus

iurgare est rixari litigare est proprie in cau  
sis agendis. Item iurgare reprehendere  
castigare corrumpere corrigere culpam im  
pugnare uerbis uel litigando uerberare  
in prima est. n. et in secunda. a.

Iurgor. aris. d. idem

Iuridicialis. e. qui de iure tractat et est  
quedam constitutio in arte rhetorica dicitur  
iuridicialis quia tractat de iure

Iurisconsultus. ti. i. iurispitus

Iurisdicatio. onis. f. a ius et dictio quod  
est potestas. i. iuris potestas super aliqua

Iurispitus. ti. doctus et instructus in iure

Iuro. as. iuramentum facere

Ius. ris. n. a iubeo quia iubet et differt  
ius a lege ius dicitur lex scribitur. Item

leges humane iura diuina sunt. Item Ius  
generale lex eius species. Item Ius lex hu  
mana fas lex diuina transire per alienum  
agrum fas est ius uero non est. Item Ius.  
.i. rectum et ius. i. a qua uel brodium in  
qua coquuntur carnes porcine et tunc est  
.m. et facit genituum per. t. ut ius. tis.  
unde quidam ius aqua ius rectum ius di  
citur esse potestas. Item Ius. tis. mando  
ius iuris in agmine pando ius constat ex  
natura lege et consuetudine

Ius civile est quod populus quicquid proprie  
instituit equitas constituta his qui eius  
deus ueritatis sunt ad res suas obtinendas

Ius gentium est federum occupatio edi  
ficatio bella captiuitates seruitute post  
limina federa pacis inducie legatorum  
dictum quod co iure fere omnes gentes utu  
tur

Ius militare est belli inferendi solennitas  
Si ergo dato in hostem egressio uel pug  
ne commissio

Ius naturale quod commune est omnium na  
tionum et quod uiget instinctu nature  
non institutione aliqua ut uiri et femine  
coniunctio librorum educatio et successio  
o acquisitio eorum que celo terra marisque  
capuntur

Ius quiritem proprium Romanorum est  
Iusiurandum. di. iuris iuratio

Iusta. op. exequie mortuorum a iustum  
nam iustum est ut homo hominem sepeliat

Iusticia. e. constans et perpetua uoluntas  
reddens unicuique quod suum est a socra  
te autem dicitur sic. Iusticia est que plu  
rimum prodest ei qui nimium potest Sed  
iusticia duas habet partes positiuam et

naturalem / Iusticia positiuam est que ab  
hominibus facta est ut latronum suspen  
sio et similia et hoc proprie dicitur a iuben  
do. naturalis est que extenditur ad natu  
rales effectus ut dilectio parentum et si  
milia et hoc proprie dicitur fas a faciendo  
quia a summo sit facta artifice / differt  
autem Iusticia a iure quia ius est res bo  
ni et equi / Sed iusticia est constans et pe  
petua uoluntas uel eius uirtus tribuens  
unicuique quod suum est. Item omne Ius  
est iusticia sed non econuerso. Item Ius dicitur  
in se sed iusticia in actu exercitio uel  
operatione

Iusticium. ci. taciturnitas iuris et cessa  
tio a taceo et ius uel a sto tunc enim ius stat  
.i. cessat cui non exercetur. Item Iusticiu  
luctus publicus uel publici iuris silenciu  
m

Iustifico. as. a. i. iustum facere

Iustus. a. um. a ius. q. ius tuens. s. qui  
ius custodit et secundum legem uiuit et  
comparatur. unde iuste. ius. me. aduer.

Iustus ex lege equus ex natura

Iusum aduer. loci. i. deorsum

Iutus. a. um. participium de iuuo

Iuuamen. inis. n. auxiliium

Iuuamentum. ti. idem

Iuuan filius Iaphet

Iuuat delectat uel adiuuat impersonale  
est

Iuuenalis proprium nomen uiri

Iuuenca. ce. bos nouella dum a uitulo dis  
cedit et iuuare incipit

Iuuenula. e. di.

Iuuenulus. li. di. f. paruus bos uel neuel  
Ius cum a uitulo discedit

Iuencus. et nouellus bos cum a vitulo  
discedit et iuuare incipit  
Iuueno. es. iui. n. esse uel fieri iuuenem  
uel uiuere florere seu resplendere que  
sunt proprietates iuuentus. vnde ensis  
dicitur iuuenere cum purgatus resplen  
det

Iuuenesco. is. incho.

Iuuenilis. e. quod pertinet ad iuuenem  
uel lasciuus siue stultus et fatuus ad mo  
dum iuuenis. vnde iuueniliter aduer. et  
iuuenilitas

Iuuenis. is. g. a iuuo q̄a iuuare posse in  
cipit / et est iuuenis in ipso etatis incre  
mento positus et ad auxilium prepara  
tus

Iuuenor. a ris. d. more iuuenuz se habere.  
vnde in dialetica argumentatione ille  
dicitur iuuenari. qui bis ter uel sepius  
idem repetit nesciens procedere.

Iuuenta. e. etas vnus iuuenis. que inci  
pit a vicissimo octauo Annusq̄ ad. L.

Iuuenta etiam dicitur dea iuuenturis

Iuuentabilis. e. beneficus

Iuuentus. tis. f. collectio iuuenuz. et etas  
plurimorum iuuenum

Iuurna. c. Insula est vltra Britaniam

Iuuo. as. iui. iutum. a. auxiliari uel de  
lectari. vnde verbale

Iuxta. e. aduer. loci et significat localem  
ppinquitatem ut iste sedet iuxta eum.

Item est aduer. similitudinis et tunc sig  
nificat accomodatione et similitudinem  
ut hoc dictum est iuxta illuz magistrum

Item est aduer. qualitatez et tunc signi  
ficat equalitatez ut iuxta. i. equaliter in  
qua significatione videtur aduer. simili

tudinis. Item ponitur pro ppter et tunc  
est prepositio

Iuxto. as. a. proximate adesse iuxta esse

XION. onis. m. pater fuit  
Centauri qui Iunonez de co  
cubitu interpellauit. et inter  
pretat dignitas. vnde yxio  
neus. a. uim. possessiuu et hic yxionides  
de. fili9 ul nepos yxionis et hec yxionis  
dis. filia ul neptis Ixionis. Ixiō. inis. f.  
auis est de genere vulturis alba et minor  
vulture

LITTERA. ut di  
cit Priscianus) penit9  
supuaua est. que quis  
figura. et nomine vide  
atur cuz. c. habere dif  
ferencia. tamen eandē

tam in sono. q̄ in metro potestatem conti  
net. nulla eniz videtur ratio cur a sequē  
te. K. scribi debeat Kartago eni et Ka  
put siue p. c. siue p. K. scribantur nulla  
est. nec in sono. nec in potestate eiusdem  
cōsonantis differēcia. greci autē scribūt  
. K. vbi nos scribimus. c. et vocat apud  
eos Kapa / et ideo in grecis dictionibus  
debet. K. non. c. scribi / Sed quia grece  
dictiones ad latinatē redūte sunt.  
ideo in tractatu de. c. de multis tracta  
tum est. Item. K. in numeri computaci  
one. CL. significat. 190.

Kala grece latine laxa

Kalasma fragmentum

Kalatele beniuolus.

Kalende. an. dies primus mensis cui9  
bet a Kalo quod est voco. quia illa die  
solebat pontifex ascendere turrim. uel mir  
rum de consuetudine Romanoruz. volēs  
nunciare quota esset luna in illa die. uel  
principiu mensis. et dicebat pluries Ka  
lo. Kalo. Kalo. q. voco vos venire et au  
dire et etatem lune. uel principium mensis.  
et ideo dies ille dictus Kalende. q. voca  
tionē. uel aliter de consuetudine Roma  
noruz erat q̄ in principio eiusdem men  
sis celebrabant nundinas. et eas incipie  
bant in nonis quia ergo mercatores nescie  
bant principium mensis. Ideo semper  
in principio mensis prece turrim ascen  
debat. et totiens vocabat Kalo. et voco  
vos ad nundinas. quot dies restabant ad  
diez fori. ut si quarto die. quater dicebat  
Kalo. si in sexto. sexies. vnde ille mensis  
habebat quatuor nonas. iste sex. q̄ ideo  
ita diuisi sunt. ut latrones nescirent quan  
do debebat esse foruz. dicte Kalende. q.  
vocationes. et quia pluries dicebat Ka  
lo. Ideo tamen dictum est pluraliter Ka  
lende. an. et potest scribi tam p. c. scdm  
latinos. q̄ per. K. secundum grecos. sed g  
petentius p. K. quia grecum. siue notum  
nomen est. uel Kalende dicuntur. q. colē  
de. quia coli solebant apud veteres. vnd  
Kalendarium. locus. vbi Kalende distic  
te sunt. et hic et hec Kalendaris et hoc  
Kalendare ad Kalendas pertinens  
Kalo grece latine voco  
Kanifex senex  
Kapadenaxius voluntarius  
Kapa. i. K.  
Katafigia ratio

Katēfas deuorator

Katerina nomen cui9dam virginis.

Kaurison grece latine sedere

Kautbifis vstio

Keyson grece latine sube

Keudolum colafus.

Kiri per vnum. r. i. diuinus

Kirleyson. due partes sunt. i. Kiriet  
deyson. i. domine. miserere mei.

Kirri per duo. r. i. porcus ca. a casa.

VACVMQ̄ cō

sonante sequente pōt

antecedentem sillabā

terminat exceptis. q.

r. r. ante quas. l. inue

niri non potest nec an

te. b. et. K. ut albus vlcus valde alfeus

algeo illud vlmus alnus culpa fultit ale9

silua / mulxi. Item. l. in numeri computa

tionē quinquaginta significat

ABAN interpretatur de

albacio

Labanus. a. uz. labani dicti

sunt libii

Labarum. ri. vexillum bell. cum ex au

ro et lapidibus preciosis factuz in signū

sancte crucis transformatū inter alia bel

lica signa preciosius erat quod Impara

tor et consules adorabant hoc Constan

tinus fieri iussit

Labdacismus. ni. est vbi. l. p̄imum so



Laconia dicitur. unde lacon. onis. g. et  
laconcus. a. um. et laconius. a. um. gen  
tile vel patrum

Lacrima. e. a lacero dicta quia lacerat  
mentem

Lacrimabilis. e. tristis. flebilis

Lacrimatorium. ris. locus lacrimarum

Lacrimatorius. a. um. tristis. lacrimas  
commouens

Lacrimor. aris. d. lacrimas emittere. et  
inde uerbalia

Lacrimosus. a. um. plenus lacrimis vel  
lacrimas conferens. ut fumus. et compa  
ratur. unde lacrimose. ius. me. aduer.

Lacrimula. e. parua lacrima

Lactium. ti. cibus que fit ex lacte a  
migdalarum

Lacteo. es. tui. lac suggere / Item lacte  
habere vel emittere vel incipere habere  
lac. unde lactesco. is. etiam seges lactes  
cit cum granescit

Lacteolus. a. um. idem quod lacteus

Lacteus. a. uz. de lacte existens vel ad  
lac pertinens vel albus ut lac. unde hic  
lacteus vel hec lactea quidam circulus  
in celo qui galaxia dicitur

Lactis. icis. f. quedam pars intestinorum  
et lactis est in quo lac coagulatur et est  
illud intestinorum quedam pellicula qua  
lac coagulatur

Lacto. as lac prebere / Item lactare im  
plere lacte. ut deus lactat istam vel u  
bera eius / Item lactare ponitur pro de  
cipere

Lactuca. ce. a lac dicitur herba que abun  
dantia lactis exuberet. vel lacte nutri  
entes feminas impleat. hec in uiris ve  
neris usum cohercet trita cum sale com  
busturis medetur. hec et sarralia dicitur  
quia dorsum eius in modum ferre est. i

eibo sumpta fastidiosos et languidos in  
uat prius quam fucum habeat

Lactuacrium. ubi lactuce crescunt

Lactucarius. a. u. ad lactucam pertinens

Lactuacrum. ti. idem quod lactucarium

Lacturnus. ni. deus qui preest segeti  
lactenti secundum paganos

Lacula. e. quedam vestis que latus que  
dratos cum pictura habet intextos

Laculus. li. paruus lacus

Lacuna. e. fossa ubi remanet aqua post  
effusionem imbrum vel ad aquam con  
fluunt immundicie. et proprie intra fo  
res sicut forica extra ex quadam simili  
tudine lacuna dicitur venter vel fossa  
ventris

Lacunar. ris. n. testudo que solet esse in  
cauernis et domibus arcuata et concava  
ad modum lacune. antiquitus enim fie  
bant testudines curue et concave in  
domibus

Lacunarium. ris. idem

Lacuno. as. ad modum lacune curuare

Lacuncula. e. latrina

Lacus. ci. m. culpa. per quam frugum li  
quor decurrit / Item lacus receptaculum  
aquarum. et differt a stagno et piscina  
stagnus est aqua stans artificio habens  
piscis. piscina autem stans artificio caris  
piscibus. lacus dicitur locus aque. Item  
lacus significat infernus

Lacunarium. ris. idem

Lacuno. as. ad modum lacune curuare

Lacuncula. e. latrina

Lacus. ci. m. culpa. per quam frugum li  
quor decurrit / Item lacus receptaculum  
aquarum. et differt a stagno et piscina  
stagnus est aqua stans artificio habens  
piscis. piscina autem stans artificio caris  
piscibus. lacus dicitur locus aque. Item  
lacus significat infernus

Lacus significat infernus

Lael. interpretatur ascensio

Laganum. ni. quoddam genus cibi qui  
prius in aqua coquitur postea in oleo fri  
gitur et est de pasta. que quedam membra  
nule que quandoque statim in oleo frigitur  
postea melle condiuntur. quandoque  
prius in aqua coquuntur postea in oleo  
friguntur. illa vulgo dicitur crustella  
ista lagana sunt ad comedendum ut caro

leporina

Lagena. e. vas vinarium proprie licet  
aquatile inueniat. ut in euangelio. It  
in ciuitatem et occurret vobis homo la  
genam aque basulans

Laginos. dicunt greci. nos lagenam

Lagoys. ys. auis fulica uolpiscis a lagos  
quod est lepus quia caro eius leporina  
sapiat

Lagos. grece latine cursus vel uelocitas  
et lagos apud grecos lep9 dicitur propter  
uelocitatem

Laguncula. e. parua lagena

Laicalis. e. ad laicum pertinens. unde  
laicaliter aduer.

Laicalitas proprietas qua quis dicitur  
laicus. et laicorum congregatio

Laicus. ci. a laos quod est populus dicitur  
i. popularis. vel a laos quod est lapis  
.q. lapideus. i. durus et extraneus a sci  
entia

Lallo. as. dormire vel lac suggere lacte  
re uerbum fictitium a sono tractum. cum  
enim nutrices pueris plorantibus prec  
piunt dormire vel lactere dicitur lala. i.  
dormi vel lacte et est tractum a sono que  
fit in ore pueri lactentis

Lama. e. locus voraginosus. vel lapis in  
uia obrutus. a lamentor quia viatores  
faciat lamentari / vel lama confractura  
vie que solet fieri pluuia interueniente.

Lama etiam latum frustrum auri. vel ar  
genti. vel alterius metalli dicta a lacus  
quia lata fit

Lamazabatani. beli beli. i. deus

Lambo. bis. bi. itum. a. lingere lingua  
contingere

Lamec. interpretatur percussus. per  
cussit enim et interfecit Caym

Lamentamentum. ti. planctus plorat9

Lama etiam latum frustrum auri. vel ar  
genti. vel alterius metalli dicta a lacus  
quia lata fit

Lamazabatani. beli beli. i. deus

Lambo. bis. bi. itum. a. lingere lingua  
contingere

Lamec. interpretatur percussus. per  
cussit enim et interfecit Caym

Lamentamentum. ti. planctus plorat9

viulatus

Lamentatio. onis. idem

Lamentor. ar. d. flere. dolere. voce tristis  
dolorum exprimere conqueri. unde  
uerbalia

Lamentum. ti. idem quod lamentamen  
tum

Lamia. e. quasi lania a laniando pueros.  
fabulose dicitur lamias clausis ianuis domos  
intrare. et infantes corripere. et laniare.  
et postea uiuos restituere. faciem habet  
hominis. et corpus bestie.

Lamiro. onis. m. blandus

Lamosus. a. uz. voraginosus. lamis ple  
nus

Lampada. e. uas quod ecclesiam illumina  
nat. que lampas. dicitur. a lambo. p  
prie enim lampada. vel lampas. uas. vel  
flamma in vertice lucens. et dicitur sic  
quia lambentis modum conscendere vi  
deatur. unde fax. et candela. lampas. vel  
lampada dicitur.

Lamuel. dicitur Salomon

Lana. e. dicitur a laniatio. quia laniatur  
dum carpitur. vel quia olim lane prius  
lanerentur. i. euellerentur quam non tonde  
rentur

Lancea. ee. asta habens amentum in me  
dio dicta a lance quia equa lance idest  
equo amento ponderata vibretur

Lanceola. di.

Lancino. as. cum lanceis ludere vel con  
figere. lancea percutere

Landula. e. genus auis que alauda dicitur

Laneus. a. um. de lana existens

Langor. oris. m. dolor. labor. infirmitas  
stupor. pigrificatio. defectus

Langorosus. a. um. langore plenus

Langueo. es. qui. n. infirmare. egrotare

deficere. stupete. pigrete  
Languesco. incho.  
Languidus. a. um. infirmus. excors. stu-  
pidus vel deficiens. et comparatur. vñ  
languide. dius. me. et hec languiditas  
Laniarius. rii. retarius  
Laniatorium. rii. macellus vbi carnes  
laniantur  
Lanicus. a. um. de lana existens  
Laniena. e. domus medicorum vbi lani-  
antur infirmi  
Lanifex. icis. g. qui lanam facit vel de  
lana operatur  
Lanificium. ci. lane operatio  
Lanifico. as. lanam facere  
Lanificus. a. um. lanifex  
Laniger. a. um. lanam gerens. vt ouis  
et muto  
Lanio. as. i. scindere. lacerare  
Lanio. onis. qui laniat. vt carnifex et  
macellarius  
Laniscus. ci. fasciola ex lana  
Lanista. e. idem quod lanio  
Lanius. ii. idem. dictus a laniando. f.  
carnes  
Lanoculus. a. um. qui frequenter lanaz  
oculis adhibet ad ipsos infirmos egendo  
Lanosus. a. um. lanam habens vel lana  
abundans  
Lanuginosus. a. um. plenus lanugine  
Lanugo. inis. f. lana super poma et flos  
tribuli qui postq̄ bene exsiccat est le-  
ui flatu fertur i aerem. dicta a lana ga  
colorem lane habet et est leuis ad simili-  
tudinem lane / vnde sapientie quinto  
species impij tanq̄ lanugo est que a ve-  
to tollitur / lanugo etiam est prima bar-  
ba ad similitudinem lane

Lanus. ni. flumen est vltra Danubium  
a quo alani dicuntur  
Lanutus. a. um. idem quod lanosus  
Lanx. cis. f. latus. discus. sed proprie  
lances sunt scutelle de libra pendentes  
et ponitur quandoq̄ pro libra. et secun-  
dum hoc componitur hec bilanx  
Laodicia. ciuitas Asiae. et interpreta-  
tur tribus amabilis  
Laos. grece latine lapis / Ice laos idest  
populus quasi lapideus quia non sequit-  
ur rationem  
Lapa. e. herba habens ingentem caule  
per terram dispositum. hec a grecis si-  
lantropos dicitur. et est lapa grece tis-  
buli herba spinosa  
Lapatica. ce. herba que in cibo sumpta  
stomacum confortat venerem reprimat  
vrinam prouocat ructum excitat  
Lapene stelle fulgentes  
Lapes. grece ignorantia turpitudine  
Lapetus. ti. locus vbi lapes abundant  
Laphita. e. filia fuit Apollinis. a qua  
populus Thessalie dictus est Laphita  
Lapicedina. e. locus vbi lapides cedun-  
tur  
Lapideus. a. um. de lapide existens  
Lapidicedius. dii. lapidum cesor  
Lapicida. e. m. idem  
Lapidissime. accuratissime aduerbiuz  
Lapido. as. a lapidibus percutere obru-  
ere  
Lapidolus. a. um. plenus lapidibus  
Lapillus. lii. parvus lapis  
Lapis. dis. m. i. petra. sed lapis mollis  
est petra dura  
Lapista. pisto. genus vasis lapidei et a  
quariti

Lapofus. a. um. plenus lapsis  
Lapsates. tis. carice scilicet ficus sicca  
vel cibus ex oleribus  
Lapsim. aduerbium a labor. eris  
Lapsio. onis. casus decursio  
Lapso. as. frequenter lapsi  
Lapsor. eris. d. idem  
Lapsus. sus. casus a labor. et lapsus. a.  
.u. n. participium  
Laquear. ris. n. coniunctio trahiuuz in  
summate domus / vel laquearia sunt q̄  
super tigna ponuntur et ipsis tignis il-  
laqueantur  
Laquearium. rii. idem  
Laquearius. a. um. ad laquear vel ad  
laquearium pertinens  
Laqueatus. a. um. laqueo captus vel li-  
gatus  
Loqueo. as. laqueo capere ul ligare. vn-  
de laqueator. oris. et designat officium  
ludendi  
Laqueolus. li. paruus laqueus  
Laquetissimus. mi. tenticula quasi la-  
queus tensus  
Laqueus. ei. a licio dicitur quia de filo  
fieri solet  
Lar. ris. m. idest domus a largior. ris.  
dicta quia inde procedit largitas / lar.  
ris. m. etiam dicitur ignis. vnde illud  
vidi larem in domibus idest ignem in  
domibus / Lar. ris. etiam est locus vbi  
fit ignis / Lar. ris. etiam dicitur quedā  
rumpba que propter garrulitatem suaz  
dicta larlar quasi latrans. sed propter  
turpem sonum abscisa est vna sillaba et  
dicta est lar. cum hac concubuit Mer-  
curius ex qua duos filios habuit qui dicti

sunt lares. vel a matre vel ab igne cui  
presunt  
Lar. tis. quidam Rex fuit  
Lardarium. rii. locus ubi lardum serua-  
tur  
Lardo. as. impinguare vel guttatim lar-  
do affare. vel lardum facere  
Lardosus. a. um. plenus lardo  
Lardulum. li. paruum lardum  
Lardum. di. dicitur a lar pro igne vel  
domo. quia in igne consumatur. vel qa  
in domo repositum conseruatur  
Larex. cis. f. quedā arbor ex qua tabu-  
le tegulis affixe flamam repellit nec ex  
se carbonibus combustis efficiunt  
Largifluus. a. um. largus affluenter  
Largior. ris. itus. g. donare vel dona-  
ri. prebere vel preberi  
Largitas. ti. f. idest largitudo. sed lar-  
gitas humanitatis est. largitudo ambi-  
tionis  
Largitio. onis. actus verbi  
Largitor. oris. m. qui largitur  
Largitrix. icis. f. in eodem sensu  
Largitudo. vide in largitas  
Largiusculus. a. um. aliquantulum lar-  
gus  
Largus. a. um. abundans. affluens. et q̄  
Quingentes. aduer. numeri multiplicatiui  
Quinquaginta a quinque et gentes  
Quinquangulus. a. u. quinque habens angulos  
Quinquatres. trium. uel quinquatria. tri  
um. uel. quatuor. quodam festum dictum a quinque  
diebus / quinque enim dies atros aduersos  
habuerunt Romani ab Anibale et gallis  
oblecti quibus diebus nemo fuit ausus exi  
re / sed postea liberati ad illorum dierum  
memoriam fecerunt illud festum Alii di  
cunt quod quinquatria dicitur a quinque tribus  
quia quinque fieret in tribus annis et  
durabat tale festum per quinque dies  
Quinquatrum. trium. dicitur a quinque et

atrium. i. quinq; porticum ambitus uel  
spacium ubi sunt quinq; porticus  
Quinq; est. o. ge. et numeri pluralis vnde  
quinq; aduer. et quinaris. a. um. et  
hic quinaris. xii. et quinus. a. um.  
Quinq;folium herba que dicitur pentá  
filon a numero foliorum  
Quinq;enalis. e. ad quinq;enium perti  
nens vnde quinq;ennalitas  
Quinq;ennis. e. i. quinq; annorum  
Quinq;ess. is. m. quinq; oboli uel preci  
um quinq; obolorum  
Quinq;estrium. xxi. idem q; quinq;estriú  
Quinq;es adit. numeri. i. quinq; vicib;  
Quinq;imat. tus. spaciu quinq; annoꝝ  
Quinq;imulus. a. u. di. de quinq;imus  
Quinq;imus. a. um. quinq; annorum  
Quinq;inoctiu. ii. spaciu quinq; noctiu  
Quinq;iremis. is. f. n. auis habens quinq;  
remoz ordines quinq;iremis. e. inuenit  
Quinq;iuir. m. qui quinq; viros habet  
sub se  
Quinq;iuira. e. eius vxor uel que sub se  
habet quinq; viros  
Quinq;iuiratus. tus. m. dignitas eorum  
Quintana. e. quinta ps placea q; carpen  
tum progredi potest / quinta etia dicitur  
tur flores pomorum punicum  
Quinta sabbati dies Iouis. q. quinta a  
sabbato  
Quintilis. e. Iulius mensis dicitur q; quin  
tus sit a Marcio qui primus mensis est  
vnde quintilis. e.  
Quintina. e. idem q; quinta  
Quintus. a. um. numerale ordinale  
Quintusdecimus. a. um. componitur a  
quinq; et decem  
Quinus. a. um. idem q; quintus  
Quiparum genus herbe a grecis dicitur  
quia habeat virtutem feruentem et dicunt  
quidaz species quipari di Zinziber et

videt opponi ab equo et pte quia dicitur q;  
ri igni quia ppter calorem radix vincti tri  
angulis foliis porri similibus radicibus  
nigris siue contignis  
Quippe nimisrum sine dubio forte vero  
aduer. continuatum  
Quippiam aliquid modicum  
Quippum. ppi. vnguentum a flore pro  
vocatur vnde ppte materie odore reuert  
Quirina. e. asta a quiris dicta  
Quirinalis. is. m. quidam mons in vrbe  
Rome ubi quirin<sup>9</sup> sepultus est vnde qui  
nalis. e.  
Quirinus. ni. dicitur est Romulus quia  
semp astutus incedebat uel quia asta eius  
post mortem in aduentino monte fixa dicitur  
floruisse  
Quiris lingua sabinoꝝ dicitur asta  
Quiris. itis. m. dicitur est quilibet cuius  
Roman<sup>9</sup> a quirino. q. astutus et fortis et  
q; generaliter dicitur quirites milites  
qui astas secum deferunt  
Quirito. as. Romanizare uel more quiri  
tum se habere uel ad modum quiritu equa  
re. Item quiritare est populum alloqui  
Quis uel qui que quod uel quid nomen e  
infinitum relatiuum uel interrogatiuum  
Quis et q talis et qualis tane<sup>9</sup> et q; in  
finita sunt relatiua uel interrogatiua  
Quis interrogatiuum et infinitum sz nuq;  
relatiuum sic qui / quis infinitum ad vnuz  
per se intelligendum pertinet quisq; et qui  
cuq; ad vnuerfos quis opponitur quisq;  
quisq; aliquis siquis neq; quis q; quicq;  
quidam quispiam quilibet quisque quis  
putas quisdam quisnam  
Quispiam deriuatur a qs et e figure sim  
plicis et importat puram infinitatem sicut  
aliquis diuersaz qd piare e facere durum  
vnde quispiam homo currit. i. pure vnde  
et sic quandam discrecionem facit circa

infinitatem recipit aut hoc femininum  
piam in actio casu quia femina de facili  
inmutatur et cu hoc nomen piam videat  
pati et exte suam naturam poni recte su  
mitur p actm qui rem denot patientem  
Papias dicit quispiam aliquid modicum  
Quisputas speciei deriuatiue est a quis  
et putas est quia ibi putas sillabica adiec  
tio et est accentus principalis sup quis. Et  
scienduz q; quis ideo recipit hoc verbum  
putas in sa persona / quia ois interroga  
tio mouet et pcpue illu ad quem fmo di  
rigitur et sic talis adiectio ca alicui<sup>9</sup> exci  
tationis cuiusdam facta fuit / ois eniz ex  
citatio fit ad substantiaz no ad accidens  
et ideo cum aliis infinitis non iungitur  
Quisquili. ap. stipule inmixte surculis  
ac foliis aridis. s. quedam pallee minutissi  
me quas salupas vocant / dicitur et quis  
quile quicquid superfluitatis ex arbore ul  
aliqua matia cadit / alii dicunt quisquili  
as dicit a quis et curro. q. cuicure sunt ille  
uel quis curat de illis uel quis curat illas  
ppter utilitatem sui  
Quisquilius. a. u. quisquillis plenus  
Quisquis et quicq; ad vnuerfos dicit.  
Et sciendum q; dictio geminata uel reci  
piens cuq; habet vim duap; causaruz. s.  
antecedentis et relatiui unde requirit duo  
pba poni in gstructione et poneda sunt  
in eo casu in quo ponitur relatiuum facta  
explicatione. siue poni debet in eo casu  
quem requirit pbum sequens inmediate.  
ut video quicq; homo currit. i. video  
omnez hominez qui currit et quicq; ho  
mines video currit. i. omnis homo currit.  
quem video  
Quidquid. n. scribitur per. d. no p. c. lz  
mutetur. d. in. c. in aliis sequente. q.  
Quito. as. in quieto uide  
Quicq; nullus aliquis quicq; quicq;

Quis quilibet quicq; placet  
Quis pterituz de queo qs quis potuit  
VO interrogatiuum ad quez locu  
ut quo uadis flatiuum ut motu af  
cedo quo tu no potes ascende infi  
nitum ut quo ego inero tu non ibi potis ue  
nire Sic / quoz / ubi / q / vnde / quoz / quo  
et filia relatiua et infinita possunt esse  
quo ad quem locu uel ad quam rem quo  
accipitur pro ut et pro quando  
Quoad accipitur p quozq; et q; diu quo  
ad spectat hoc e relatiuum. quoad iussisti  
puram et infinitam de presenti uel de futu  
ro magis esse  
Quoad usq; . i. ad quod tepus uel usq; ad  
quem locum et interrogatiuum relatiuum et  
infinitum potest esse / videtur igitur rela  
tiuum de preterito infinitum de presenti  
uel de futuro magis esse  
Quoas peris Periaru fluius eoz lingua  
dicitur quod cignum Sicilie fluium ex  
timant deriuari  
Quocirca quamobrem q; de causa idco  
Quod nomen substantiale est et relatiuum  
et infinitum ut feci qd iussisti faciam qd  
libuerit et est interrogatiuum sz tuc est ad  
fectiuum ut qd op<sup>9</sup> facis no eniz potest di  
cere per se quod facis  
Quodammodo. i. aliquo modo  
Quomin<sup>9</sup> ut no aliter iam minus pxim<sup>9</sup>  
de pximo deinde postq; deniq;  
Quomodo. i. qualimodo  
Quonam quouersum q; diu  
Quondam olim an aliqui semp et est pre  
teriti teporis ut fuit bec vire<sup>9</sup> quondam  
futuri ut quondam tua dicere facta tep<sup>9</sup>  
erit infinitum et ut quondam et victis  
reddit in pcordia virtus sic olim dudum  
qn et eis gposita coia sunt diuersorum te  
porz et scribitur p. q. qa deriuatur a qu  
Quonia. i. qa quonia quidem qa ul ergo

Quo pacto qua uia qua ratione quappē  
 Quocō iunctio copulatiua accipitur pro  
 et uel etiā Item pro similiter aduer.  
 Quorum. i. in quam ptem versus quam  
 partem a quor et versus  
 Quorsumcūq; hūsus quamcūq; partem  
 Quot nomē monoptotū ⁊ ideclī. hī quot  
 horū quot cui nō dent cardinales numeri  
 vnus / duo / tres / quot aduer. esse mōstra  
 tur / quot relatiuū interrogatiuū ⁊ infīnītū  
 ē interrogatiuū uel infīnītū acūit relatiuū  
 in lectione gūatur quot infīnītum certū  
 numerum designat  
 Quotennis. i. quot annoꝝ a quot ⁊ annꝝ  
 cui respondetur biennis triennis. uel hī  
 nus trinus  
 Quotenus. i. usq; ad quem numerum uel  
 terminum  
 Quotidic. i. p quot dīs. i. p vnūz quēq;  
 diem adū. tēporis et est scribenduz p. q.  
 cum sit compositum a quot et dies vnde  
 quotidianus. a. um.  
 Quotiens aduer. numerī. i. quot vicibus  
 cui respondet semel / bis / ter / quater / et  
 similia est autem interrogatiuum infīnī  
 tum uel relatiuum  
 Quotus. a. ū. a quot. i. cuius etatis quot  
 dieꝝ uel annoꝝ. / si qramꝝ quotus iste ve  
 nit numerū tibi signat. i. cū quot sociis /  
 si queramus quotus iste sedet a me tūc or  
 do vocatur. i. primus secundus  
 Quousq; adū. tēporis q̄diu usq; ad quē  
 finē tūc nōdetur usq; ad tres dies uel. iiii.  
 annos et similia Item est quousq; interroga  
 tiuū infīnītum et relatiuū est. i. usq; ad  
 quod tempus uel locum  
 Quum per. q. scribitur. cum est aduerbiū  
 p̄mum festinanter cicius quando  
 Quur per. q. scribitur q̄obrem quare ad  
 uerbiū interrogandi deriuatum a qui uel  
 potest deriuari a cuius genitiuo de quis

et tunc debet scribi per. c. et per. v. sic  
 comuniter scribitur secundum modernos  
**Q V A R T A** semī  
 uocaliū ⁊ secūda liqui  
 darū sine aspiracione  
 ponitur in latinis dic  
 tionibus in grecis uero  
 principalis uel gemina  
 ta in media significacione aspiratur ut  
 rhetor rhenꝝ pirrbus curben t̄nsit in. l.  
 ut niger nigellus in. s. ut arbor arbos / in  
 duo. ff. ut vro ussi / gero gessi. Itē. r. qua  
 cūq; cōsonante sequente excepto. K. po  
 test terminare p̄orem. sillabam in qbꝝ cū  
 gpositis. r. mutat̄ in. l. ut intelligo / pel  
 liceo pellego pelluceo / p̄ interligo p̄liceo  
 perlezo perluceo. r. etiā inter duas voca  
 les posita dimidiū soni sui amittit ut  
 .s. Item. r. in numeri computatione octu  
 aginta significat  
**A A B** meretrix fuit in Ictico  
 que abscondit speculatores de  
 filiis Isrl̄ et interpretatur latitu  
 do sanies  
**Rabi** interpretatur magister siue docēs  
 me aut magister meus  
**Rabboni** idem uel domine  
**Rabdon** grece uirga  
**Rabidalus**. a. um. aliq̄tulum rabidus  
**Rabidꝝ**. a. ū. rabie plenꝝ. q. rabiei datꝝ  
**Rabiecula**. e. parua rabies  
**Rabiosus**. a. um. plenus rabie et compa  
 ratur vnde rabiose. ius. me. aduerbiunt.  
 et hec rabiositas  
**Rabies**. ei. f. furor insanies decursus cuz  
 impetu  
**Rabates** p̄prium nomen viri est  
**Rabulus**. a. um. idem q̄ rabidus promp  
 tus ad iram  
**Racemifer**. a. um. facemos ferens  
**Racemor**. aris. d. p̄rias uuas uel racemos

colligere  
**Racemus**. m. l. vne modicus ramusculus a  
 ramus dictus pars botronis est alii totā  
 uam dicunt  
**Racha**. i. inanis et uacuꝝ q̄ vulgata in iu  
 ria absq; sensu in cerebro dicere possumꝝ  
 et est hebreum. uel qd̄ melius est. racha in  
 teriectio affectuz indignitatꝝ ostendens.  
 sicut cū dolemꝝ dicimus heu. cum letamur  
 dicimus vah / s̄i r cum indignamur / dici  
 mus racha / nullus tñ grecus uel latinꝝ po  
 tuīt hoc bene interpretari  
**Rachana** genus vestis est  
**Rachel** interpretatur ouis p̄ ea enīz Jacob  
 pauit oues Laban soceri sui Itē interpreta  
 tur visꝝ p̄ncipiū uel mūda uel vidēs deū  
**Rachilium** oppidum hispanie  
**Radicitus** aduer. funditus usq; ad radi  
 cem a fundamento ex toto  
**Radico**. as. n. radices emittere uel radici  
 bus firmare et tūc est. a.  
**Radicosus**. a. um. radicibus plenus  
**Radicula**. e. parua radix  
**Radio**. as. n. splendere  
**Radiola**. e. q̄cā genꝝ oliuaz ob longitu  
 dinē dictū q̄a sunt ad similitudinē radiorꝝ  
**Radiolus**. li. paruus. radius  
**Radius**. dii. instrūm̄ texendi. s. p̄ctez a  
 rado dictus uel lignuz qd̄ distinguit sta  
 mina uel nauicula qd̄ radendo fiat / radi  
 us et dicitur uirga q̄ geometri faciunt in  
 super f̄osico puluē ⁊ radiꝝ d̄ splēdor ut  
 radius solis et stellaꝝ et sic d̄ p̄pter lon  
 gitudinem q̄a longe emittat ⁊ dirigat  
**Radix**. cis. f. a radiis dicta q̄a. q. q̄bus  
 dam radiis fixa terre in profundū demer  
 gatur / radix significat originem  
**Rado**. dis. si. a. intersecare superficiem  
 remouere uel p̄az diminuendo applanat  
**Raffanum**. ni. qd̄ nos radicem esse voca  
 mus eo q̄ totū decorsum immittitur dum

reliqua olera i sūma magis p̄siliant cuiꝝ  
 semen macerato quisq; suas manꝝ in ece  
 ritꝝ p̄pentes impune t̄ctabit / siquidēz ex  
 radice ipsius albescit ebur. in cibo quoq;  
 venenis resistit / nām q̄ venena huius ra  
 dices nuces / lupinurū / apium p̄sunt. f.  
 cōt̄ futuz. nō q̄ acceptuz venenū. vnde ⁊  
 apud ueteres hoc iter alias epulas mēis  
 solebat apponi.  
**Ragadia**. e. in rugadia vide  
**Raguel**. elis. p̄p̄tuz nomen viri et inter  
 pretatur paratura dei  
**Ralla**. e. vestis que vulgo d̄ rasilis  
**Rallum**. lli. rasorium arado dictum  
**Rama** interpretatur excelsa est etiā Iudee  
 viculus p̄ Betbleem in quo sepulꝝ fuit  
 Samuel et potest declinari hec rama  
**Ramale**. is. ramī. arborum uel frondes  
**Ramatba** uel ramathaīm nomē ē ciuitas  
**Ramen**. inis. tenuis ramus et aridus uel  
 rasura cuiuscūq; rei  
**Ramentum**. ti. idem a rado  
**Rameses** quedam ciuitas est  
**Ramesse** ḡmotio t̄bida interpretatur  
**Ramicofus**. a. ū. q̄ magnā habet meculā  
**Ramix**. cis. mecula uel uirga uirilīs  
**Ramosus**. a. ū. dilatatꝝ ramis diffusꝝ et  
 gparatur vnde ramose. iꝝ. me. aduer.  
**Ramnes** qdam nobiles Romani fuerūt  
**Ramnus**. ni. spina alba uel lignū spino  
 sum Item genus spinaz densissimū que  
 in herbis est mollis et pulcra ubi sunt tñ  
 postea spine vnde et illud postq̄ produ  
 cūt spine n̄c ramnū ⁊ c̄. Item ramnꝝ ge  
 nus rubi q̄ vulgo senticeꝝ vrcinam dicitur  
 asper nimis ⁊ spinosuz Ramnꝝ in P̄sal  
 terio non rubus ē sꝝ spinarum genus sen  
 tibus permolestuz uel lignuz de quo spi  
 ne oriuntur  
**Ramusia**. e. fortuna dicitur a ramusio  
 oppido vbi colebatur

Raffanum. et affanum

Ramus. m. ga radice uel trunco manet  
rami significant successionem in bono uel  
in malo  
Ramusculus paruus ramus  
Ran indecli. i. ira uel locus ire unde et  
euenit q̄ homo efficitur rabiosus  
Rana. e. dicit̄ a ran qd̄ est iracundia uel  
rane dicunt̄. q. rauce l. q. garrane a gar  
rullitate ga circa genitales strepunt palu  
des et sonus uocis im portunis clamorib⁹  
reddūt / rana berens in paludib⁹ decora  
in aquis oibus feris prestat alimentum /  
ex his quedam aquatice q̄dara palustres  
quedam in agris morantur et ueprib⁹ vi  
uūt gr̄ades agredule nūcupantur grandī  
ores canctan calamitates que in calamīs  
morantur  
Rana significat demones uel hereticos in  
teno garrulos  
Ranco. es. cui. n. irasci indignari fetere  
esse uel fieri rancidum  
Rancidulus. a. um. aliq̄tulum iracū⁹  
uel rancidus  
Rācidus. a. um. iracund⁹ fetidus amar⁹  
ex uetustate et insipidus  
Rancor. oris. m. ira indignatio dolor mē  
tis amaritudo uel fetor et pprie carnis ex  
uetustate proueniens  
Rancordia. e. ira  
Rancordiosus. a. um. rancordia plenus  
Rancorditer aduer. irascibiliter  
Rancorosus. a. um. rancore plenus  
Rancors. dis. o. irascens uel iratus  
Ranella. e. parua rana  
Ranetū. ti. locus ubi rane abundant  
Ranula. e. parua rana  
Ranunculus. li. idem  
Rapa. e. dicitur a rapio quia rapiat. i.  
comprehendat plus terre radice q̄ napus  
genus est olerum  
Rapacitas. tis. f. cupiditas spoliatio

Rapaculus. a. nm. aliq̄tulum rapax  
Raparium. rii. locus ubi rape crescat  
Rapax. cis. o. auidus spoliator cupidus  
uel aliena capiens uolenter et comparat̄  
unde rapaciter. cis. me. aduer.  
Raphaël interpretatur curatio uel medi  
cina ubicunq̄ enim curandi et medendi  
opus necessariū est hic archangelus a deo  
mittit̄  
Rapidus. a. uz. rapax uel imperuosus ⁊  
velox et pprie pedibus ⁊ comparatur vn  
de. dior. nimus. unde rapide. dius. me.  
aduer. et hec rapiditas  
Rapina. e. prede taptatio ex pōdere ra  
pine spolia prede exuere  
Rapinosus. a. um. rapina plenus  
Rapinula. e. parua rapina  
Rapio. is. pui. ptū. a. uolenter auferre  
a rumpo quia quā rapit. q. rampit unde  
apror et raptix uerbalia  
Raptim aduer. celeriter sumatiz leuē  
Raptio. as. frequenter rapere  
Rapto. as. similiter  
Raptor. oris. m. i. corruptor qui raptor  
rapit nomen uerale  
Raptum. ti. i. raptus  
Raptus. tus. m. i. actus uel passio rapi  
endi Ite⁹ raptus pprie est illicitus concu  
bitus uel coitus a rapiendo dicitur pprie  
uīginis defloratio  
Rapula. e. parua rapa  
Rapularium. rii. idem q̄ raparium  
Rapulatum. ti. cibus de rapis  
Rapulum. li. inuenitur pro rapula  
Rareo. es. rus. esse uel fieri rarum  
Rareo. cis. incho. rareo. i. pauci sūt  
Rarus. a. ū. non spissus. rari. pauc⁹ rari  
magnū et p̄ciosū. ⁊ ḡrat rarior. flim⁹.  
vñ rare. rii. me. adū. ⁊ hec raritas. tis.  
Rafilis. e. res rasa uel pilosa ut radi pos  
sit uel apta ad radendum.

Rasim aduer. f. radendo  
Rasito. as. frequenter radere  
Raso. as. similiter  
Rasolum. li. paruum rasorium  
Rasorium. rii. ferruz acutissimū quo bar  
ba raditur  
Rastellum. lli. paruum rastrum  
Rastrū. tri. plr hī rastrū et hec rastra fer  
ramentū rusticoruz. f. fossorium a rarita  
te dentium dicit̄ uel a rado ga terraz ra  
dat / rastrum et dicit̄ aliud instrū rusti  
coruz dentatū quo remouēt paleā a ḡnis  
Rasura. e. cuiuslibet rei purgatio  
Rasus. a. um. mundatum politum  
Ratera. e. in ratis uide  
Raticula. e. parua ratis  
Raticuz. ci. obelus uas quia sit filis rati  
f. instar ratis cornutus  
Ratio. onis. f. dī. a ratus. quia firma sit  
et est ratio mentj motus in his que dicūt̄  
discernere et ḡnectere ualens. uel rō est  
quidaz mot⁹ aī uisuz mētis acuens hōq̄  
a falsis distinguens. s̄ ratiocinatio est raci  
onabilis subtilisq̄ disputatio et a certis  
ad incertorū indagazionez nitens cogita  
tio hec Vguē. Item ratio uis aīe / rō com  
putandi / rō ordo / ratio discretio / ratio  
sententia / uel scia uel immutabilis firmi  
tas / dicit̄ rō nature ipsa similitudo nascēti  
um. Item rō est aspectus aī quo se p̄ ipm  
non p̄ corpus uer̄ intuetur aut est ip̄i⁹  
rei ḡtemplatio non per corp⁹ / aut est et  
ip̄i⁹ uer̄ qd̄ ḡtemplatur. Ite⁹ rō ponitur  
pro ratiocinatione hec Papias  
Ratiocinatio. onis. f. uide in ratio ⁊ f̄m  
Pap. ratiocinatio est oīo cum id de quo  
est quo comparatur  
Ratiocinator. oris. dī uir magn⁹ qui de  
oibus reb⁹ mirabilib⁹ possit reddē rōnē  
Ratiocinor. aris. d. rationabiliter subti  
literq̄ disputare et a certis ad incertorū

Indagationem nicti  
Rationabilis. e. qd̄ rōne agitur uel dicit̄  
unde rōnabiliter adū. et hec rōnabilitas  
Rationalis. e. qui utit̄ rōne / ut homo /  
angelus / vñ oīs homines rōnales sunt  
sed nō rōnabiles unde Logica dī rōnalis  
scia in qua rō intelligēdi p̄satur / hoc ra  
tionale. is. dicebat̄ pannus in pectore sa  
cerdotis q̄dratus in quo lapides inscri  
erant / et a rationalis rationaliter adū. ⁊  
hec rānabilitas  
Rationor. aris. d. ratione uti  
Ratis. is. f. primū et antiquissimū gen⁹  
nauigiū trabib⁹ eignis asseribusq̄ ḡtctū  
de cuius similitudine facte sunt naues q̄  
ratarie dicunt̄ / nunc uero ratis quelibet  
nauis abusiue dicit̄ nam ratis pprie dicit̄  
connexio uel strues lignoz et trabiuz uel  
incastratura nauiū / uel ratis est illa pars  
nauis int̄ carinam et pram uel pupim sic  
dicit̄ quia radat aquaz. uel quia rata sit  
et firma et firmiter currat  
Ratiuncula. c. pua ratio  
Ratus. a. ū. excimatus putat⁹ arbitrat⁹  
pticipiū de reor. reris. Item ratus. a. uz.  
nomen et tunc tm̄ ualet q̄tuz firmus. hec  
Vguē. Pap. dicit̄ ratum firmū imutabile  
stabile acceptū ratū. q. rōnabile et rectuz  
Raua. e. color fuluus uel rapacitas hec  
Vguē. Pap. dicit̄ Raua ē niger color mix  
tus fuluo uel rapiditas  
Rauedo. inis. f. uocis amputatio que  
arterialis dicitur  
Raucidunculus. a. um. aliq̄tulum rauc⁹  
Raucidus. a. um. raucus  
Rautio. is. iui. itū. n. esse uel fieri raucū  
Raucitas. tis. f. in rauedo  
Raucito. as. frequenter raucere  
Raucitus. tus. m.  
Rauculus. a. um. aliq̄tulum raucus  
Raucus. a. ū. qui claraz uocēz nō habet

sed grauer sonantez et comparatur vn  
rauce. cius. me. aduer.

Rauco. es. uui. n. esse uel fieri rauum vn  
de rauesco incho.

Rauia. e. vox rauca

Rauatio. onis. f. raucitas

Rauatus. a. um. raucus

Rauilla. e. m. caudatus qui clamando  
raucus efficitur

Rauio. as. n. esse uel fieri raucum

Rauitellus. a. um. aliquotulum rauus

Rauin indecli. i. raucitas

Rauulus. a. um. aliquotulum rauus

Rauus. a. um. rapax uel fului coloris vn  
de inuenitur luparua et in vtraq; signi  
ficacione quententer et na rapax e fului  
coloris seu nigri mixti fuluo

E videtur a retro factuz p apo  
copam est quide respicere retro  
aspicere ppositio est q in appo  
sitione reperitur et significat retro ul itez

Rea mater fuit Remi et Romuli quos  
expositos quia exstupro susceptos lupa  
nurtiuit no qdez bestia sz a quadam mere  
trice que lupa vocabatur vn loca altarū

lupanaria dicunt ul a lupa siml lactati

Realis. e. qd ad rem ptnet vn realitas

Reat. 9. m. culpa crimen. q. reiectus

Rebar arbitrabar putabar a reor

Rebeca interpretatur paciencia uel que  
multum accepit

Rebellio. onis. f. repulsio resistimēti seu  
resistencia fm Vguē. Pap. dicit q rebel  
lio est pace facta belli reintegratio

Rebellis. c. resistens qdicens uel qui pa  
ce facta bellum mouet

Rebellium. lii. idem q rebellio

Rebello. as. n. resistere cōtradicere pace  
facta bellum mouere

Rebeo. as. n. resonare remugire

Reburus. a. u. hispidus recalū renuda

tus discoopertus fronte. f. cum anteriores  
capilli altius ceteris horrescunt z eleuāt

Recalcio. as. a. iterum calciare

Recalcitro. as. n. resistere

Recaluester. tri. retro aliquotulum caluus

Recedo. dis. ssi. sum. n. recedere separa  
re abscedere

Recens. tis. o. i. nouū sz recens nascitur  
nouū fit et gparat recencior. mus. vnde  
recenter. cius. me. aduer. et bec recencia

Recenseo. es. sui. itū. a. i. minare. recolare.  
rememorare. reuolare.

Recensio. is. iui. itum. a. idem

Receto. as. a. ad racēsiā ducere refrescat

Recentulus. a. u. aliquotulum recens

Receptaculum locus ubi fit aliquid rei  
receptio fm Vguē. Pap. dicit receptacu  
lum est. recipiens locus ppgitum cubile

Recepto. as. frequenter recipere

Receptus. e. m. i. receptio a recipio

Receptus. a. uz. sumpt. denuo acceptus  
reuerfus a piculo liberat. 9. recepti dicunt  
quos exercitus recipit

Recerto. as. n. iterum certare

Rect. i. iterum uel retro

Rectidime. inis. n. vestis tenuis subtilis  
et leuis ad sumendum uel reiciendū a pta  
et est parasitorum

Reciduo. as. a. renouare uel post casum  
renouare

Reciduo. a. um. renouatus uel post casū  
repatus quod no pot esse nisi precesserit  
casus uel mors. vnde recidua arborū sūt  
que aliis sectis repullulant. uel quia rede  
unt ad id qd fuerunt. q. denuo viuā. Itez  
inuenitur hoc recidiuum. ul. idem q recti  
dimen

Recido. dis. di. n. iterum uel retro cade  
re a re et cado

Recido. is. di. suz. a. retro iterum uel ex  
omni pte cedere a re et cedo

Reciduos. a. uz. retro uel iterum cadens

Recingo. gis. a. iterum cingere

Recinatus. a. um. recino indutus

Recintus. a. um. idem

Recinum. ii. idem quod recinum

Recino. is. nui. idem quod recinū. i. itez  
vel retro canere respondere Itez recinere  
i. recitare et tunc potest esse. a.

Recinum. ni. matronale operimentū. f.  
quedam uestis vel palliuz cuius dimidia  
ps retro abicitur a reci uel reicio dicta

Recipio. is. cept. ptū. a. iterum uel retro  
capere suscipere

Reciproco. as. componit a reci z proco. i  
iterum petere inuicem pro se petet uel cō  
nectere uel reflectere

Reciprocus. a. um. iterum conuersius re  
petitius vnde reciproca constructio est  
in qua eadem persona iterum petitur uel  
quando idē in se agit ut hic miseret sui

Recito. as. pmulgare proferre narrare

Reclamo. as. recusare qd dicere inficiare  
abnuere iterum uel retro clamare

Reclinatorium. ris. locus aptus ad reclī  
na idum uel id sup qd reclinamus

Reclinis. e. et reclinus. a. um. idem q re  
clinatorium

Reclino. as. caput inclinare. a. vn illud  
vulpes foueam habent / z volucres celi ni  
dos filius tū hominis no habet vbi reclī  
net caput suum

Recludo. dis. si. sum. a. iterum uel retro  
claudere aperire

Recogito. as. auī. tuz. n. iterum cogitare  
animo repetere vnde verbalia

Recolo. as. a. itez uel retro colare

Recolo. is. lui. cultū. memorat recordari  
ad memoriaz reducere colere z tūc est. a.

Item recolare iterum colere et tunc est. n.  
si pro habitare uel arare ponatur

Recompenso. as. itez. red dēre soluere re

munerare uel iterū renūciare equare

Recondo. dis. di z condidi. consum et cō  
ditum. a. abscondere reponere vnde re  
conditus. a. u. et reconfus. a. um.

Reconsiliatio est que post gplementum  
penitencie adhibetur nam hic consilian  
t deo a gētilitate guerfi ita reconciliantur  
post penitenciam

Reconsilio. as. repacificare reamicare

Recopulo. as. a. reconiungere

Recordor. aris. e. sum. d. reminisci aō  
repetet. i. ea que retro sunt pterita it ex  
ad cor reducere et gstruitur cuz actio et  
gōio ut recordor lectionis et lectionē vn  
hec recordatio

Recosto. as. a. retro uel itez costare

Rectino. as. itez crastinare uel plonga  
re ponitur tū simplr p differre

Recreo. as. a. reficere iterum creare

Recreresco. cis. creui. cretum. n. de crescere  
uel itez crescere qd decreuerat

Recta. e. quam sursum textores texunt  
hec Vguē. Pap. dicit recta dr vestis qua  
visus xpus stantesc; texunt

Rectis. idis. ruga recta

Rectitudo. inis. f. iusticia equitas

Rector. oris. m. qui regit a rego / rector  
nauis gubernator uel aliarum rez

Rectus. a. um. picipiū de rego et rect. 9  
a. u. nomen ordinatus pbus bonus firm. 9  
honestus et gparatur rectior. mus. vnde

recte. ci. me. pbe / recte / rite / bene /  
Recubo. as. bui. bitum. n. iacere uel sede  
re ad comestionem

Recudo. dis. di. sum. a. iterum cudere  
uel quod retro est cudere

Recula. e. parua res

Reculco. as. iterum uel retro calcare

Recumbo. bis. bui. itū. n. idem q recubo

Recupo. as. a. recipe restaurare rehabere

Recurro. rris. curri. cursum. n. iteruz ul

retro currere redire

Recurso. as. reuoluere denuo tractare

Recuruo. as. a. iterum uel retro curuare. unde recuruus. a. um.

Recuso. as. refutare quipendere nolle. q. frequenter cudere ut fiat re. i. retro unde hec recusatō. onis.

Recutus. a. u. stupratus / corruptus idē q. cucitus. uel. q. retro uersam habet pellem uirilis membri. s. circūcisus. unde recutiti p. r. dicunt Iudei. q. retro habentes cutem. i. circūcisus / carent enīz aūriori pelle uirilis membri.

Recutio. t. s. si. sum. a. iterum. cutere uel carere

Reda. e. genus est uehiculi. i. i. rotarum. las antiqui rotas dicebant eo q. rotas habeat hec ysidorus / Redam dicit Vguē. a. redo q. ad eundū et redeundū habilis

Redamo. as. a. rurſus amāz mutuo diligē Redardeo. es. n. iterum uel retro ardere unde redardesco. cis. incho.

Redarguo. is. gui. gutum. a. reprobare castigare

Reddeo. dis. didi. a. restituere remittez ipi cuius erat unde hic redditus. rus. et reditio. onis. id qd reddi. Itē redditus lucru merces fructus uel etigal p. statio unde reddituus. a. um. redditua sunt talis tantus tot

Redeo. is. dii. itū. n. retro ire reuertī Redibeo. es. bui. itū. rep. itare restituere redimere reddere hec Pap.

Rediens. tis. o. p. r. i. p. i. u. m. de redeo. is.

Redifico. as. n. iterum edificare. e. bastē ta causa euphonie

Redigo. is. egi. ctū. a. reducere in pactū subicere legem imponere hec Papias.

Redimiculu. li. monile uel corona uel uita que metitur in capite feminaz ad ligandum redimiculum succinctorum uel

bracile qd p. ceruicem. descendēs finus am bīt et hinc inde succingit ut cōstringens latitudinē uestis ad corpus perabat iungendo hec Vguē s. m. Pap. Redimiculum est qd p. ceruicē a lateribus colli diuisum descendens hinc inde succingitur Item redimicula. sunt uite mulier. dicta q. redimunt frontē Itēz redimicula. sunt qui bus mīt in capite seminarum ligatur Redimie. ap. res que venduntur apud domos dicuntur

Redimo. is. mi. itū. a. ornare

Redimo. is. emi. eptū. a. iteruz emere. uel qd suum fuerat retro emere. et recuperare. qui ei emi. alienū recipit p. r. i. o. q. redimit idē quod suū fuerat iterum emi s. v. n. Ihs Xps p. r. i. c. dicitur redemptor humani generis. quia cū p. s. u. s. f. u. i. s. s. e. t. illud amittat p. r. t. e. r. t. i. n. g. r. e. s. s. i. o. n. e. p. r. e. c. e. p. t. i. hec Vguē. Papias dicit redimere est id qd suū fuerat p. r. e. c. i. o. r. e. h. a. b. e. r. e. c. r. i. p. t. e. r. e. s. a. l. u. a. r. e.

Redintegrasco. is. incho. de integrasco qd i. g. n. i. f. i. c. a. t. i. n. c. i. p. e. r. e. i. n. t. e. g. r. a. r. i. n. o. n. i. n. t. e. g. r. a. r. e. c. o. n. t. r. a. r. e. g. u. l. a. a. l. i. o. r. u. m. i. n. c. h. o. a. t. i. o. n. u. m.

Redintegre. as. frequenter integrare

Redisco. is. didisci. discitum. a. iterum discere supinum non est in usu

Reditus. rus. m. idem q. redditus eo q. annis sigulis redeat et reuſio seu regressus

Rediuuo. as. denuo ad priora reuertere unde rediuuus. a. uz. renascens a morte reuiuiscens

Rediuuus. a. um. q. redit ad qd fuit renascens denuo uiuens

Redius. dii. uerna uel poclo

Redoceo. es. cui. ctū. a. iterum docere

Redoco. as. iterum occare

Redoleo. es. lui. itū. n. bonū odorē emittere. Itēz redolere accipitur enīz q. d. a. t. i. n. s. l. a. c. i. o. n. e. u. t. h. e. c. d. i. c. t. i. o. r. e. d. o. l. e. t. s. i. g. n. i. f. i. c. a. t. i. o. n. e. i. l. l. i. u. s. q. u. i. h. a. b. e. t. u. e. l. r. e. t. i. n. e. t.

Redolere s. mala odore  
redolere s. bono q. boni odore. s. m. m. d.

Redomo. as. mu. itum. a. iterum uel retro domare

Redorso. as. a. retro z a posteriori dorsū scindere

Reduco. cis. xi. ctū. a. iterū uel retro ducere unde hic reductus. tus. locus ad que re ducit et reductus. i. reductio / et reductus

a. um. participium

Redulus. li. strues et aceruus lignorum ardens

Reduncus. a. um. curuus

Redūdo. as. n. retro vndare reuertī redire a re et vndo inf. posita. d. c. a. euphonie

Reduplico. as. a. iterum duplicare

Reduro. as. a. retro uel iterum durare

Reduue. ap. reliquie uel exuue uel ser pentum spolia

Redux. cis. g. qui redit

Reduceſcunt reuerſi incolumes

Reductus. a. um. obstinatus obliuctans durus rigidus indocilis

Refector. oris. curator pulmentorum

Refectorium. rii. locus ubi reficimur famelici

Refectus. a. um. repletus recreatus reuatus Papias.

Refello. is. felli. sum. a. refutare impug nare falsum esse hec Papias

Refenero. as. et refeneror. aris. d. iterū fenerari

Referbes. es. bui. n. iterū calere uel deficere unde referbesco incho.

Refertio. is. si. tū. a. replere constipare inspissare

Refero. ers. tuli. latuz. a. recitare renūci are dicere retro uel iterū ferre unde relatio rei cognite iteratio cognitio / et relatiu

a. um. qd ad aliud refertur uel potius qd itēz fertur aliqd ad memoriaz. q. iteruz portatiuū / cum eiz dico Sortes legit per hoc nomen sortes cognitioni subiecto et

eum sabiungo et spe dispueat p. illud no men sortes refert. i. itēz fertur ad cogni tionem unde et illud p. nomen d. r. e. l. a. t. i. u. z. quia sic aliqd refertur Itē refert. i. dista re et s. m. hoc sepe tenetur impersonaliter Itē refert. i. p. d. e. s. t. u. l. p. e. r. t. i. n. e. t. a. d. o. f. f. i. c. i. u. m. u. e. l. u. t. i. l. i. t. a. t. e. a. l. i. c. u. i. u. s. e. t. s. m. h. o. c. s. e. m. p. e. s. t. i. m. p. e. r. s. o. n. a. l. e. u. e. l. f. e. r. e. s. e. m. p. z. g. s. t. r. u. i. t. u. r. cū g. t. i. o. c. u. i. u. s. l. i. b. e. t. c. a. s. u. a. l. i. s. e. x. c. e. p. t. i. s. g. r. i. s. p. n. c. i. p. a. l. i. u. p. n. o. m. i. n. u. cū quibz nō g. s. t. r. u. i. t. c. a. u. s. a. c. o. i. n. c. i. d. e. n. c. i. e. s. e. d. p. i. l. l. i. s. c. o. s. t. r. u. i. t. u. r. cūz a. b. l. a. t. i. s. f. e. m. i. n. i. s. s. u. o. r. u. m. p. o. s. s. e. s. s. i. u. o. r. u. m. u. t. r. e. f. e. r. t. S. o. c. r. a. t. u. s. u. e. l. m. e. a. / t. u. a. / s. u. a. / u. e. l. / i. l. l. i. u. s. i. p. d. e. s. t. u. e. l. p. e. r. t. i. n. e. t. a. d. o. f. f. i. c. i. u. m. u. e. l. u. t. i. l. i. t. a. t. e. m.

Referto. as. a. iteruz uel retro ferrare uel ferrum remouere. i. differrare

Refertus. a. um. repelctus cōstipatus in spissatus a refertio. tis.

Refibulo. as. a. iterum fibulare

Reficio. is. eci. ctū. a. restituere recreare

Refigo. gis. xi. ctum. a. iterum uel retro figere. q. a. fixura remouere

Refiteor. eris. itēz uel retro fateri et negare a re et fateor a re et refertus. a. um.

Reflexo. is. xi. xum. a. iterum uel retro flectere unde reflexus. a. um.

Refloreo. es. rui. n. itēz florere reple ntere renitere unde refloresco

Reflo. is. xi. xū. n. abundari exuberare

Refocillo. as. a. reficere unde sbalia

Refodio. dis. di. sum. n. iteruz uel retro fodere

Reformido. as. n. q. quadam formidine rethi / Pap. dicit q. reformidare est post timorem ualitudinem accipere

Reformo. as. a. iterum formare et p. r. i. e. post lapsum a forma

Reforo. as. a. iteruz forare uel de forami ne extrahere

Refragabilis. e. cui resisti non potest unde



refragabiliter et hec refragabilitas  
Refragor. aris. d. i. resistere  
Refreno. as. i. cohibere abstinere refrigerare  
Refrico. as. cui. ctum. a. iterum uel reuerso  
fricare hec Vguē. Pap. dicit refricare in  
staurare remcuere iterare repetere rescin  
dere recusare qescere refugere  
Refrigeo. es. gui. uel. xi. ctuz. n. iterum fit  
gere vnde refrigesco incho.  
Refrigeriu. rti. solaciuz quies reliquamē  
Refrigero. as. a. recreare releuat. consola  
ri refrigerium dare  
Refrigo. is. xi. xum. a. iterum frigare  
Refringo. is. fregi. actum. a. iterum uel  
retro frangere  
Refugio. g's. gi. itū. a. iterum uel retro fu  
gere uel ad aliquē fugere cā euadendi ul  
habendi auxiliū hec Vguē. Pap. dicit  
refugit recusat veretur timet retrocedit  
Refugium. gi. auxiliuz tutela securitas  
adiutorium  
Refugus. a. um. qui uel que refugit  
Refulcio. cis. fi. uel. ciul. tuz. uel. citū. a.  
iterum uel retro fulcire  
Refulgeo. es. h. cū. n. resplendere  
Refumigo. as. a. iterum fumigare  
Refundo. dis. di. fufum. iterum fundere  
refuere abundare  
Refuto. as. a. renuere recusare reprobare  
exterminare  
Regalis. e. dignus regere p̄inet ad dig  
nitatē / vnde regalia dñr que p̄rie debē  
tur fisco et hinc regaliter aduer. et hec re  
galitas Itēz regalis ⁊ regius hoc interest  
quia regius possessiū est ragalis ad clari  
tudinem p̄inet  
Regarrio. is. n. iterum garrire  
Regemo. as. a. iterum gemare  
Regemo. is. muī. itū. a. iterum uel retro  
gemere vnde regemisco incho.  
Regenero. as. a. iterum generare quod fit

per baptismum  
Regero. is. s̄is. stuz. a. iterum gerere gestū  
destruere uel deportare hec Vguē. Pap.  
dicit regerit portat relegat in abditam  
partem ponit  
Regia. e. dom⁹ Regis in qua stat  
Regillum. lli. qdā in planctu reginarū  
vestimentum quod et regilla dicitur  
Regimen. inis. n. et hoc regimentum a re  
go dicitur  
Regina. e. vxor Regis uel que regit  
Reginula. e. parua Regina  
Regin⁹. a. um. de regio ciuitate existens  
Regio. onis. f. regiones p̄tes sunt puinci  
arū. h̄c in frigia Troia ē puincia / frigia  
regio in Gallicia cātabria et asturia a re  
toribus regio dicta cuius sunt t̄itoria  
Regiola. e. parua regio  
Regionarius. a. uz. ad regionē p̄tincens  
uel de regione existens  
Regiro. as. a. iterum uel retro girare  
Registruz. tri. quidam liber de regimine  
ecclesie ex cuius dictis ecclesia regitur hec  
Vguē. Papias dicit registruz liber qui re  
rum gestarum memorem continet vnde  
et dicitur. q. rei gōste scatio  
Regiū. ii. quedam ciuitas regalis et sabi  
lis a Rege dicta / Regium fretuz dicitur  
Quod diuidat Italiam et Siciliam abruptum  
olim nam abruptū greci Regium di  
cunt  
Regiuncula. e. parua regio  
Regilus. a. um. possessiū. ut ensis re  
gius. i. Regis  
Regius morbus. i. cancer. dictus ideo q̄a  
vino bono et regalibus cibis curat̄ facili⁹.  
Reglutio. is. iui. n. iterum glutire. uel re  
tro a gula reicere  
Regno. as. n. regnum obtinere  
Regnuz. ni. terra et districtus regis reg  
num a regibus dictum est / nā sicut reges

a regendo vocati ita regnum a regibus /  
regnuz vniuerse nationis suisq̄ teporib⁹  
habuerūt. ut Assiriū. Persemedi. Egip̄tiū  
Greci. quoz uices fors ipoz ita uoluerūt  
ut alteruz ab altero solueretur / inter oia  
autem terrarum regna / duo ceteris glori  
osa tradunt. Assirioz primū / deinde Ro  
manoz temporib⁹ ⁊ locis distincta illud  
prius hoc posterū. nam in illi⁹ finelbulus  
fuit p̄ncipiū. ceteriq̄ reges (uelut appēdi  
ces istorum) habentur. hec ysidorus.  
Rego. gis. xi. ctum. a. q. recte. ago  
Regrado. as. a. degradare uel de grado  
in gradum restituere  
Regrator. aris. d. gracias agere a re ce  
grator  
Regredior. eris. s̄us. d. redire  
Regula. e. dicta eo q̄ recte ducat uel ad  
recte viuendū regat et declinare nō per  
mittat uel quia recte normā viuendi pre  
beat uel qd̄ prauū et distortū ē corrigat  
et ad rectitudinē deducat / regula etiam  
dicit̄ instrū edificiorū et sc̄ptorū. q. sit  
recta. q. rectula vnde hic ⁊ hec regularis  
et hoc regulare vnde regulariter aduer.  
et hec regularitas / regula etiā dicit̄ sine  
latitudine longitudo  
Regularis. e. vide in regula  
Regulare. is. qd̄. ab aliis ductile appel  
lat̄ quale ē Cipū ductile dicit̄ qd̄ malle  
is p̄ducatur / hic e⁹ fusile qd̄ tm̄ funditur  
est enī purgatio in igne ex siccatis q̄a vi  
ciis regulare fit  
Regulus. li. paru⁹ rex uel f̄m̄ etatem ul  
f̄m̄ regimen Vguē.  
Regulus rex sp̄entū est dictus grece ba  
siliscus nam greci reges basiliscos vocant  
hunc videntes sp̄entes fugiūt nā olpha  
tu suo eos necat hic hominē si aspiciat in  
terim itē quoz it̄rre d̄r si fureit̄ boīs  
p̄uēt⁹ aspectus Siquidē ab ei⁹ aspectu

nulla auis volans illesa transit s̄ q̄ p̄cul  
ei⁹ ore gbusta duorat a multellis autē vi  
citur quas illis homines inferūt cauernis  
in quibus delitescunt / itaq̄ ea visa fugit  
quē illa p̄sequitur ⁊ occidit nichil enī pa  
rens ille rex sine remedio ḡstituit ē aut  
longitudine semipedalis a. b. s. lineis ma  
culat⁹ hic ē sibil⁹ c̄i q̄a sibilō occidat an  
teq̄ mordcat uel exurat hec ysidorus  
Regusto. as. n. iterum gustare  
Reguto. as. a. iterum uel retro gutare  
Rebabeo. es. bui. itū. a. itum habere qd̄  
habuimus et habere definimus  
Reiecto. as. f̄re. de reicio. is.  
Reiect⁹. a. ū. in reicio uide  
Reicio. is. ieci. iectū. a. iterum uel retro  
iacere spernere dedignari vnde reiectus  
a. um.  
Reintegro. as. vide in redintegro quia  
sic debet scribi  
Reiungo. is. xi. ctū. a. disungere  
Reiuueno. es. nui. iterum iuuenere. n. vii  
reiuuenesco incho.  
Relabor. eris. p̄s. d. iterum uel retro labi  
Relanguo. es. gui. iterum languere  
Relanio. as. a. iterum uel retro laniare  
Relatio. onis. f. in reicio Item relatio cri  
minis est que refertur ad aliquid  
Relati⁹. a. ū. in refero relatiua noīa di  
cuntur qd̄ ad aliam referuntur personaz  
ut magister  
Relato. as. f̄re. i. frequēter referre  
Relatro. as. n. iterum uel retro latrare  
uel resistere uel q̄ aliquē dicere  
Relatus. a. um. reportatum ad aliquid  
datum participiū de refero. ers.  
Relaxo. as. ampliare liberare soluere  
Relegatio. onis. f. qd̄az gen⁹ damnatio  
nis cū aliquis p̄ aliquo c̄mine cōmissō in  
terdicebatur et puatim videbatur disce  
dere et sua nō amitebat sp̄emp̄ reuetōdi

habebat  
Relegatus. a. ū. sic damnat⁹ hec Vguē.  
Pap. dicit relegatus est quē bona tua se  
quūtur / deportat⁹ que nō sequūtur rele  
gatus humanis tñligitur / deportatus in  
insulas asprimis demandatur  
Relego. as. remittere et relegare damna  
re in exilium mitti  
Relego. is. gi. ctū. a. iterum uel retro legē  
Releo. es. cui. etum. a. iterum delere  
Relibo. as. a. iterum sacrificare  
Relibro. as. a. iterum librare  
Relido. dis. si. suz. a. retro uel iterum ledere  
Religio. onis. f. appellata q̄ per eaz reli  
gamus aīas nās ad cultum diuinum vñ  
culo p̄uendi q̄d jobū gpositum a religen  
do. i. eligēdo ut ita lacinū videatur reli  
gio sic eligo tria aut sunt q̄ in religionis  
cultu ad colendū deū in oībus requirunt  
.i. sepes / fides / caritas / in ip̄: quid cre  
dendum in fide quid spectanduz in cari  
tate quid sit amandum  
Religiosus. a. um. rel. giosum ad iustos  
homines sacrum ad deum p̄tinet vñde re  
ligiose. i⁹. me. et hec religioitas  
Religo. as. a. dissoluere iterum uel val  
de ligare  
Relingo. is. xi. ctū. a. iterum lingere  
Relino. is. eni. erum. a. iterum linire disco  
operire. f. ab ore doliū opiculū remouere  
quod fit qñ est vacuuz et contrariuz ad  
linire  
Relinquo. is. liqui. lictum. a. i. defere  
Reliquo. es. iui. n. iterum uel retro linire  
Reliqui preteritum de relinquo  
Reliquie cineres iussa anime  
Reliquus. a. ū. reliquum est quod restat  
uel superat  
Reliteo. es. tui. n. iterum uel retro latere  
Relixo. as. a. iterum laxare  
Reloco. as. a. iterum locare

Relotico. as. a. iterum loticare expo. sare  
Relucco. es. xi. n. iterum lucere vñde reiu  
celico incho.  
Reluctor. aris. d. g. luctari uel resistere  
helitare morari  
Reludo. dis. si. suz. n. retro uel iterum ludē  
Reluo. is. lūi. lutū. a. retro uel iterum lue  
re uel delauare  
Reluma grece latine dicitur uerbum  
Remadeo. es. dui. n. iterum uel retro madē  
Remando. as. a. iterum uel retro madare  
Remando. is. di. uel. didi. ium. n. iterum  
mandare  
Remaneo. es. si. sum. n. restare  
Rematopeya. e. uerbi confirmatio ut sa  
pōis ficticiis q̄ iunt p̄ata et inuēta vñd  
Rematopeyas. a. um. ad rematopeyam  
pertinens uel prolatum uel fictuz per re  
matopeyam  
Remedior. aris. f. m. Vguē. dicit remedi  
or. eris. d. remedium contere  
Remediuz. dii. medicina que post lapsū  
succurrit vñ hoc remediolum. li. di.  
Rememoror. as. a. in deponēti genere re  
memoror. aris. i. ad memoriā reducere  
memorantur pauci rememo. antur multa  
Remensus. a. um. p̄cipium de remetior  
Remeo. as. n. redit uel retro uel iterum me. f.  
Remergo. gis. xi. si. suz. a. iterum mergere  
Remetior. iris. sus. uel. tit⁹. d. reconi. de  
rare iterum metiri uel redeundo metiri  
Remetitus. a. uz. participiū de remetior  
Remex. cis. m. qui remū agit nauigatōr  
uel gubernaculum nauis uui⁹ timon  
Remigium. gii. actus uel officium remi  
gis uel remi  
Remigo. as. nauigare remum agere  
Remitus. li. paruus remus  
Remingo. gis. xi. ctum. iterum uel retro  
mingere  
Reminiscor. eris. d. recordari ad memo

riaz reducē recolere et caret p̄cipio p̄te  
riti tēporis et per gñs suppletione p̄te  
riti perfecti  
Reminuo. is. nui. itum. a. iterum minuere  
Remis. f. indeclina. ciuitas est Francie  
vñde remensis episcopatus  
Remissus. a. ū. q̄d retro mittit uel q̄d nō  
ex toto intenditur sed parū pleniter vn  
de et q̄daz adū. dicit remissuum quia  
significat remissionem alicuius rei  
Remitto. tis. si. suz. retro uel iterum mit  
tere dimittere p̄cere cōdonare dissoluere  
lenire non ex toto intendere pro parcere  
est. n. in reliquis est. a.  
Remolleo. es. lūi. n. iterum mollere vñde  
remollesco incho.  
Remollio. is. iui. itū. a. iterum mollire  
Remoneo. es. nui. ituz. iterum monere  
Remora. e. mora impedimentum a remo  
ror dicta  
Remotamen. inis. mora impedimentum  
et proprie gressuum  
Remordeo. es. di. sum. a. iterum uel retro  
mordere cruciatus sepe mouere  
Remorior. iris. uel. eris. d. iterum mori  
Remor. aris. tus. d. retardare refrenare  
retinere  
Remoueo. es. ouī. otū. a. de medio tolle  
separe auferre vñde remotio ⁊ remotus.  
a. um. et comparatur vñde remote et re  
motim. i. separatim  
Remulceo. es. si. sum. a. iterum mulcere  
Remulco. as. a. remulco nauem retrahere  
uel nauem remulco ad litus reducere  
Remulcum. ci. funis quo nauis delicata  
ad terram trahitur  
Remulgeo. es. si. suz. a. iterum mulgere  
Remulus. li. paruus rem⁹ vñde remulus  
dictus est quidam ager remi  
Remunero. as. a. iterum munerare  
Remungo. gis. xi. ctū. a. iterum mungere

Remunio. is. iui. ituz. a. retro uel iterum  
munire uel destruce municionē auferre  
Remus. mi. frater fuit / romuli / a rea ma  
tre nat⁹ Rem⁹. mi. a remoueo dictus qa  
aqua uel fluctus in nauigando remoueat  
Item remus. mi. pro homine uel populo  
remis ciuitatis  
Remuto. as. a. iterum mutare  
Ren. nis. m. f. m. uariacionem d̄ a riuus  
a renibus riuū obsceni humores deriuētur  
et defluant ad genitalia nam uene et me  
dulla tenuem liquorem desudant in reni  
bus quo resolut⁹ calore uenereo decurrūt  
ad genitalia posita aut sunt in septima  
uētebra spine ubi lumbi sunt  
Renale. is. zona circa renes dictum q̄ re  
nibus alligetur idem et lumbare  
Renalis. e. ad renes petinens  
Renascor. eris. natus. d. iterum nasci sic  
in baptismo  
Renato. as. n. retro uel iterum natare  
Renitens. tis. o. letus hilaris splendens  
floreus pulcher a reniteo Itēz renitens re  
sistens q̄dicens a renitor. eris.  
Reniteo. es. n. redolere resplendere resul  
gere vñde renitesco. is. incho.  
Renitor. eris. x⁹. d. resistere reluctari  
Reno. onis. m. uel. de pellib⁹ hec Vgu  
cio. y. sidorus dicit / renones sunt uelamē  
na humerorū et pectorū usq̄ ad umbilicū  
atq̄ i uillis adeo hispida ut ymbre respu  
ant quos vulgo reptons uocant eo q̄ lon  
gitudō villorū q̄li reptat dicti renones  
a reno / germanie fluuio ubi frequentes  
utuntur  
Renodo. as. a. iterum nodare uel exsoluē  
Renouo. as. a. restaurare iterum nouare  
Renudo. as. a. iterum nudare uel coopire  
Renuncio. as. a. se renunciando remouet  
renuere  
Renūculus. li. paruus ren

**Pulco.** as. frequenter pollere  
**Puluer** uel **puluis**. cris. m. dicitur a pello  
quia a uento pellatur  
**Pulcreus**. a. um. quod est de puluere uel  
ad pulucrem pertinet  
**Puluerosus**. a. um. puluere plenus et com-  
paratur unde puluerosus. ius. me. aduer.  
et hec puluerositas  
**Puluerulentus**. a. um. puluere plenus et  
comparatur unde puluerulente. cius. me.  
et hec puluerulencia  
**Puluillus**. lli. paruus puluillus  
**Puluinar**. aris. n. idem q. puluinus  
Item puluinar lectus diuinitu Item puluinaria  
lecti qui sternuntur in templis interdum  
ipsa templa sic dicuntur  
**Puluinus**. ni. i. ceruical a pluma. q. plumus  
quia de pluma fiat uel a pullo q. de plu-  
mis pullos. fiat unde et puluillus. di.  
puluini et sunt machine quibus naues de-  
ducuntur et subducuntur in portum  
**Puluis** uide in puluer  
**Pumex**. cis. m. lapis leuis et cauernosus  
a spuma dicitur. q. spumex quia spume  
densitate coeret fiat hic tanta refrigerata  
diabet naturam ut in uase missus mus-  
ta feruere desinant  
**Pumicellus**. lli. paruus pumex  
**Pumicinus**. a. um. de pumice existens uel  
ad pumicem pertinet  
**Pumico**. as. pumicem aptare  
**Pumicosus**. a. u. plenus uel abundans pu-  
micibus et comparatur unde pumicosus.  
cius. me. aduer. et hec pumicositas  
**Pumiculus**. li. paruus pumex  
**Punctalis**. e. quod ad punctum pertinet  
uel quod constat ex puncto  
**Punctatim** aduer. p. puncta distinctum  
**Punctim** aduer. i. pungendo  
**Punctito**. as. i. frequenter punctare  
**Puncto**. as. puncta facere uel punctis dif-

tingere  
**Punctor**. oris. m. qui pungit  
**Punctoriu**. rii. illud cum quo pungi  
**Punctorius**. a. u. ad punctum pertinens  
**Punctus**. ti. est simplex et indiuisibilis  
q. tunc primo in positione lune et ultima  
in reuolucione  
**Punctus**. ti. idem Item **punctus**. tus. actus  
uel passio pungendi Item **punctus**. a. u.  
participium de pungo  
**Pungito**. as. i. frequenter et sepe pungere  
**Pungo**. is. xi. uel pupugi punctum facere  
ut in libro et tunc facit punxi Item pungere  
stimulare configere et tunc facit pupugi  
ego punxi librum et pupugi petrum  
**Punicus**. a. uz. scitatus Cartaginensis et  
Africi. Dido quidem de Tiro et Sidone  
ciuitatibus Fenicie fratrem suum Pugila-  
monez fugiens uenit in Africam cum mag-  
na multitudine suorum. cum quibus Carta-  
ginem edificauit et hinc Cartaginenses  
dicti sunt **Perupini** / **punici** / et **Puniceii** /  
et terra Cartagini adiacens / dicta est **Pu-  
nica** / tamen postea ampliata est. **Ampli-  
acio** dicta est generaliter Africa terra pu-  
nica et Africi **Perupini** / **punici** et **Puni-  
ceii** unde et quidam genus malorum dicitur **Malum  
punicum** uel quia de illa regione fuit uel  
quia ibi plurimum abundat uel quia grana  
habet rubra / **Puniceus** / roseus / rubeus  
**Punicus**. a. um. in puniceus uide  
**Punio**. is. sui. itum. penam irrogare uel scilicet  
supplicio afficere / consumere  
**Punitio**. onis. f. supplicium uel poena  
**Punitus**. a. um. cui pena inflata est et eo  
paratur unde punite. cius. me. aduer.  
**Punus**. a. um. uide in puniceus  
**Pupa**. e. quedam statua quam puella solent  
facere in modum filiarum et vestibus obuol-  
uere quas postquam ad nubiles ueniebant an-  
nos et pueribus renuebant. q. sub potest-

tate ueneris future ueneri sacrificabant.  
**Pupilla**. e. medullium oculi a pupa dic-  
ta quia sit parua uel dicitur a puella quia  
sit pura inpolluta ut puella hanc plerique  
papulam uocant sed falso ibi est uis uide-  
di ibique parue ymagines uidentur propterea  
pupille appellatur **Pupilla** dicitur eadem  
pupillas quas uidemus in oculis moritu-  
Sedicio. onis. f. dissentio ciuim sic dicta  
a sede quia sededo solet machinari uel dr  
per qru9 quia seorsum alii erant ab aliis  
alii dicunt q sedicio est discordia r dissen-  
tio animoz quaz greci diastelion vocant  
Sediciosus. a. uz. qui sedicionem facit et  
discordiam gignit et gparatur  
Sedacula. e. pua sedes  
Sedile. is. n. sedilia sunt loca quibus sede-  
re quis possit  
Sedo. as. a. mulcet mitigare tranquillare  
lenire compescere et. q. sedentes et pacifi-  
cos facere  
Sedamen. i. atcontra vocuz est irregula-  
ris ggeries que ponitur p vna dictione  
Seduco. cis. xi. ctu. a. seorsuz ducē causa  
cōsiliandi qd sepe fit ad decipienduz vñ  
sepe ponitur pro decifere uel prodere ul  
separare  
Sedule adu. i. assidue intente incessanter  
Sedulitas. tis. f. assiduitas  
Sedulus. a. u. assidu9 intentus bonus dic-  
tus. q. sine dolo nam ex aio et tota volum-  
tate facit ethia est  
Seges. tis. f. messis a secado dicta ē. r fm  
hoc dr mafa. seges dr a sero. r fm hoc se-  
ges dicitur a semine quia fitur. f. ager et  
id in quo fitur. f. ager  
Segmetatus. a. u. segmeta inducus. uel or-  
natus. vnde et segmeta dnr vestis que est  
in quibusdaz zonis. et. q. psegminibus or-  
nata. nam particulas cuiuscq. materie ab-  
scifas presagmina vocamus  
Segmentu. ti. uestis muliebris r longa. cu-  
ius necesse est prem secare. et ea solent uti

2. nubentes a seco dictum. uel pprie hmbus  
siue fasciola. que in mulierib9 indumentis  
et extrema pte causa ornatus assumitur  
aliter autez inuenitur pro particulis ves-  
timentorum  
Segnicia. e. in segnicies uide  
Segnicies. ei. pigricia torpor tarditas  
ide et segnicia sz segnicies vici est. segni-  
cia frigidis  
Segnis. e. o. piger ociosus ingenio carens  
frigid9 a se r ignis gponitur. q. sine igne  
vigoris et gparatur. segniter. ci9. mc. adu.  
Segor vna ex. v. ciuitatibus impioz. que  
celesti igne gsumpte sunt et infretatur  
loquela inutilis  
Segrego. as. a. separare vnde verbale et  
segregarim dispersim  
Segrex. gis. o. noblis. q. seorsum a grege  
aliorum  
Seyam pagani deam fingunt  
Seyr. dictus est quidaz qui fuit byspid9  
et pilosus qñ eniz natus est tot9 ut pellis  
pilosus erat idem et Esau et Edom  
Seiuga. e. currus a sex equis tractus  
Seiugo. as. a. separe diuidere seorsuz a iu-  
go ponere  
Seiungo. gis. xi. ctu. a. seorsum a iuctura  
remouere  
Seiux. gis. g. boues nodum iugo giuncti.  
q. seorsum a iugo  
Sele grece latine dicitur lux  
Selectus. a. u. ab. aliis. electus  
Selenites. tis. m. quidam lapis et in terp-  
tatur lunaris quia ginet lune ymaginez  
et eius candore uel ipsuz lapidem cum lu-  
na asut crescere et decrecere  
Selenites dr lux noctis. f. luna a sole qd ē  
lux et nox eadem et filene a file quod est  
lux et nox  
Selentia ciuitas Mesopotanie a Selencio  
Rege dicta hec est ediffa quaz Mebroch

filius Ch9 priusq. migravit de Babilonia  
in qua regnavit dicitur costruxisse  
Selencus. ti. pprium nomen xvii  
Seltgo. is. egi. ctum. a. eligere. q. seorsum  
legere ab aliis  
Selinum. ni. dicitur apium  
Sella. e. dicitur a sedeo. q. seda quia ibi  
desuper sedemus  
Sellarius. xii. qui sellas facit et sellarius.  
a. um. ad sellas pertinens et sellarius qui  
sessorum portat sellam  
Sello. onis. m. caballus  
Sello. as. sellaz imponere  
Sellula. e. parua sella  
Sellus. illi. cultus vestium sacerdotuz fuit  
hec Papias Vgucio dicit q est proprium  
nomen viri  
Sem filius Noe / ex ipso enim patriarche  
et ppe et popul9 dei ex eius stirpe est  
Seme adu. impfecte no perfecte plene  
Semel abu. p. tinet ad numeru vna vice  
Semē. inis. n. qd in agro spgitur ad gig-  
nendum fructuz. et semen aialiu qd spar-  
gitur ad gignendum fetum / semen spuma  
est sanguis ad instar aque scopulo collise-  
sicut vinum nigruz in calice agitat9 spu-  
mam albenam reddit  
Semen. tis. fruguz est. uel tepus seminan-  
di. uel ipe actus seminandi. uel dea fientj  
et tuc est. f. g. semen significat verbu dei  
et diuinam predicationem  
Sementinus. a. um. ad sementē ptnens  
Semento. as. n. seminare uel sementē face  
Semestria. op. liber in quo actiones sex  
mensuz ginentur hec Pap.  
Semestris luna in medio mense quando ē  
rotunda Item semestris rotundus idem  
Semesus. a. u. semicomestus no totus eius  
Semet. i. seipsum  
Semetrum. tri. i. pfectum metrum uel in  
pfecta mē sura idem

Semianimis. e. i. semivivus vix vivens  
Semibos. bouis. g. media pte bouis  
Semibullio. is. iui. i. ctum. n. inmediate uel  
no perfecte bullire  
Semica put. tis. dimidiuz caput  
Semicecus. a. u. in media pte cecus  
Seminciu. li. zona nimis lata sicut cin-  
tus cinctura lata  
Semincituz. ti. zona minus lata dimidi-  
um cingens  
Semirculus. li. figura medii oculi  
Semircors. dis. o. minus habens cor  
Semide9. dei. q. dimidius de9 uel potest  
esse gposituz sic et pdicta et sequentia. a  
semus. a. u. qd est impfectus illud eniz se-  
muz est qd ulē medietatez et circa pfecti-  
onem est et tunc semideus dicit impfect9  
deus. i. no plenus deus sic sanctus  
Semidoct9. a. u. non plene doctus  
Semiermis. e. no plene armatus  
Semiferus. a. uz. in media parte ferus ve  
centaurus  
Semibulcus. a. uz. non plene blans ex pte  
blans  
Semilacer. a. u. ex parte laceratus  
Semibulcus. a. u. aliqculuz longus  
Semilunuz. ii. dimidia luna  
Semimaris. e. spado no pfecte mas  
Semimortu9. a. u. ex parte mortu9  
Seminalis. e. ex. pte inicialis exordialis  
Seminalis. is. uel. ii. semen uel cui9libet  
rei exordiū uel vas in quo semen portat  
Seminaris. a. um. ad semen uel seminan-  
dum ptnens uel exordialis inicialis  
Seminecis. e. exanimis. i. semimortu9  
Seminiuerbia. e. seminatrix pborum  
Seminiuerbium. ii. seminator uboz  
Seminium. is. semen uel cui9libet rei exor-  
dium uel lucruz de semine  
Semino. as. n. semen in agrum spgere  
Semnudus. a. uz. non totus cooptus

Sembolus. li. dimidius obolus  
Sempaganus. a. uz. non ex toto urbanus  
nec ex toto paganus  
Semipedalis. e. ad semipedem pertinens vñ  
semipedaliter et hec semipedalitas  
Semipes. dis. i. dimidius pes  
Semiplagium. gñ. minus recte uel aduē  
te retibus linee  
Semiplenus. a. uz. nō pfecte plenus  
Semipondus. dii. dimidius pondus  
Semiputatus. a. um. in parte putatus et  
in parte non  
Semiquinaria. e. diuisio cum quōq; pēdes  
per medium diuiditur  
Semiramis Regina Assiriorū. que murū  
Babilonie ampliauit murūq; eius ex bitu  
mine et cocto later fecit uxor fuit Ninū q̄  
Regnum post eius mortem rexī / hec vi  
dens Ninuz filiū suuz et dicti Ninū pul  
crum et elegantem ipm in virum accepit  
et ex eo genuit filium qui cuz acruisset et  
pulchrior facie apperet dimisso pmo secun  
do adbesit in giugem  
Semirutus. a. ū. qui ex parte corrūit a fe  
mis et rutum  
Semis. o. et inde dimidius  
Semiseptenaria est cuz septēz pedes per  
medium diuiduntur  
Semisonium. nñ. dimidius sonus uel dimi  
dia cena  
Semispacium. cii. dimidius spacium  
Semispata. e. minor spata min⁹ lata spa  
ta gladius spate silis semis acutus  
Semisperius. rii. dimidia spera  
Semissime adū. imperfectissime  
Semissis. is. m. dimidius obolus uel dimidi  
us assis  
Semita. e. via stricta. q. semis iter  
Semitas. tis. f. imperfectio  
Semitonius. nñ. nō plenus sonus  
Semitonus. ni. idem

Semivir. ri. dimidius vir nō pfectus vir  
Semivus. a. ū. vix viuens ex aguis  
Semivncia. e. dimidia vncia  
Semivnculus. li. puus semo  
Semiuocalis. e. et sunt semiuocales qdām  
littere dicte. q. imperfecte vocales qā non  
habent ita bonā sonoritatē sic uocales vñ  
semiuocaliter aduer.  
Semius aduer. imperfectus  
Semiuulatus. a. ū. in pte uetus  
Semiuustus. a. ū. ex pte uetus  
Semiuululo. as. nō pfecte uere  
Semo. as. a. imperfectuz facit aliq̄q; titu  
lum diminuere euacuare  
Semo. onis. m. semibō non perfectus  
Semotim aduer. i. separatim  
Semoueo. es. moui. otum. a. seorsum moue  
re separare  
Sempiternus. a. ū. semp durans vnde hec  
sempiternitas sempiternus dict⁹. q. sem  
per eternus  
Semunculus. li. parus semo  
Semus. a. ū. imperfect⁹ nō plenarius non  
plen⁹ pfecte illud enīz semū est qd̄ ulē  
medietatez et citra pfectionez est et cō  
paratur vnde seme. i⁹. me. aduer.  
Semustus. a. ū. idem q̄ semiuustus  
Sena grecū est qd̄ latine dī belua inuua  
duz aial est quia ut dicit Philofogus / ali  
qñq; est mas aliqñq; est femina et ideo ē  
inmundum aial  
Senarius nomen cardinale vide in duo  
Senator. oris. m. senatores dicti eo q̄ se  
niores essent / alii a sinendo ipi enim agē  
di facultatem dabant quīs aut senatoria  
origine quisq; essent usq; ad legitimos an  
nos equos Roman⁹ erat deinde accipiebat  
honorem Senatorie dignitatis Senatores  
pmi ordinis dicuntur illustres / secūdi spec  
tabiles / terci clarissimi inferi⁹ gen⁹ nō ē  
Senatorius. a. ū. ad Senatorēz pertinens

Senatuluz. li. locus uel domus ubi sena⁹  
congregatur  
Senatus. e⁹. m. gponitur a senex et natus  
naz in illa dignitate eligebatur senex sal  
tem prouidentia  
Senatus dī locus uel ipsa mltitudo sena  
torum uel et ipsa dignitas  
Senatus officū est consilio ciuitate iuuat  
magistrat⁹ uero opa et diligēcia / senat⁹  
gsequi uoluntatem  
Senatus cōsulta sunt que fuerunt senat⁹  
auctoritate secreta  
Seneca pprium nomen viti facundissim⁹  
q. se necans ethia est  
Senecbe grece gtrnuū / hic senica passio  
i. febris gtrnuua hec Pap.  
Senecia. e. pilata librorū uel obum senis  
uel illud subeuz qd̄ est sub aure piscis per  
qd̄ discernitur recens aut non  
Senecio. onis. aliquid senex  
Senecion / herba est que a grecis organuz  
dicitur dicta q̄ uo pmo senescat p mate  
rias nascitur  
Senecta. e. idem q̄ senectus uel senecta  
ipsa gdictio senectutis  
Senectus. e⁹. grauior etas post iuuentutē  
. i. sexta etas naz senior que gnta etas nū  
cupatur a quinquagesimo anno incipiens  
. LXX. terminatur q̄ declinatio a iuuen  
tute in senectutez nōdum senectus sz laz  
nōdum iuuentus. Senect⁹ uero nullo anno  
rū tēpore finit. sz post quinq; etates q̄tū  
cūq; uite est senecturi deputatur  
Seniuz aut ps est uletima senectuti dicta  
q̄ sit terminus quinq; etatis  
Seneco. es. nū. esse uel fieri senem vnde se  
nescio incho.  
Senex. nis. m. dī a senos qd̄ est sensus. ga  
in senibus solet sensus abundare uel a sen  
sus diminutione. quia se nesciant. i. deli  
rant enīz p nimiam etatem / phisici dicit

puerorū et senum etatem conuenire. In il  
lis nōduz sanguis calidus in istis iam fri  
gidus.  
Senilis. e. qd̄ ad senem pertinet. vnde se  
niliter aduer.  
Senilitas. tis. f. idēz q̄ senitudo  
Senio. onis. m. dactus aleaz. cū dat senex  
uel ipsi sex puncti  
Senior. oris. m. gpatuum de senex  
Senior. oris. quinta etas in senectus uide  
Seniores longeuī maiores pores  
Senium. nñ. in senectus uide  
Sennar uallis latissima in qua turris a su  
pbientibus babilonis edificari cepat  
Senones galli quidaz q̄ Romaz inuafūt  
Senos grece latine sensus  
Sensatus. a. ū. sensu abundans et gpatur  
unde sensate. c⁹. me. aduer.  
Sensibilis. e. sensu pceptibile. f. aptuz se  
ntire uel sentiri unde sensibiliter et hec se  
sibilitas Item sensibilis fñ aliam signifi  
cationē sui hbi dī intelligibilis h Vguē.  
Pap. dicit sensibilia dicim⁹ que uix a mo  
tu corporis possunt discerni  
Sensibilis. e. idem q̄ sensibilis vñ sensibili  
ter et hec sensibilitas  
Sensum aduer. remissiuū. i. paulatim naz  
que morantur in paulatim morantur. sen  
sum faciunt et cum sensu tendunt  
Sensualis. e. ad sensuz pertinens uel sensui  
et corpori deditus uel sensui pertinens vñ  
sensualiter aduer. et hec sensualitas. tis.  
Sensuosus. a. ū. sensu. plen⁹ et gpatur vñ  
sensuose. i⁹. me. et sensuositas et pceptit  
Sensus. sus. m. qdaz uis aīe que pceptit for  
mas in pñti materia uel qua homo audit  
uel uidet tangit gustat uel olfacte uel sen  
sus dī intellect⁹ fñ aliam significationē  
sui uerbi in qua significatione inuenitur  
hoc sensum. sz sensuz pprie attribuitur uo  
cib⁹. sens⁹ uero aliis reb⁹ hec Vguē. Pap.

dicte sensus est enucleatio rei ad inuentionem  
memoria rei inuente recordatio ille exco-  
gitata repperit hic reppeta custodit sensus  
dicti q̄ per eos aia subcillissima totuz cor-  
pus agitat vigore sentiendi  
Sens. a. u. p̄cipiu p̄terici de sentio. is.  
Setarius. a. u. asper horridus spinosus  
Sentencia. e. iudicium uel l̄cis decisio uel  
indubitata & firma responsio ad aduſio se-  
sus siue intellectus hec Vgu. Pap. dicit  
sentencia est liberi arbitrii alicuius exp̄-  
sum de re aliqua iudicuz quid sit ul esse  
debeat aut nō et hec vniuersalis sentēcia  
est oīo de uita assumpta que q̄qd ul esse  
debeat in uita breuiter ostendit sic liber  
est qui nulli turpitudinī seruit precep-  
tum uiuēdi est Sentencia q̄dam color rhe-  
toricus. f. breuis oīo aliquid mortalitatis  
generaliter p̄prehēdens ut obsequiū am-  
icos ueritas odiuz parit et est idem in rhe-  
torica Sentencia p̄uerbiuz comune uel ge-  
nerale argumentum comune ul generalis  
locus  
Sentenciosus. a. u. plenus sentenciis et cō-  
paratur vnde sentenciose. 19. me. aduer.  
Sentenciuncula. e. pua sentencia  
Sentes. tis. m. spina ul arbor spinosa dicit̄  
a sentio q̄a grauiter sentitur duz pun-  
git uel sentes d̄r a situ q̄d est terra incul-  
ta in qua spine nascuntur et sentes  
Senticen rubi fructū asperum et nimis  
spirōsam quam actores ramnum dicunt  
hec Papias  
Senticofus. a. u. asper spinosus  
Sentina. e. locus in nauī ad quem aq̄ v̄-  
diz cōfluit dicta a sentio quia grauis fe-  
tor ibi sentiatur  
Sentino. as. aīo sensim aliqd diiudicare  
Sentio. tis. si. suz. a. sensu p̄cip̄. f. uisu  
auditu / gustu / odoratu / tactu / Itē sen-  
tite intelligere uel habere sensum. i. intel-

lectum  
Sentix. cis. idem q̄ sentes  
Sentofus. a. u. crudelis asper uel sentibus  
plenus siue spinosus  
Sentumia. e. tristitia hec Pap.  
Sentus. a. uz. idem q̄ sentofus  
Seon interpretatur arbor infructuosa si-  
ue clarus Pap.  
Seorsum aduer. discretiuz separatiū se-  
gregatiū semotiū  
Separ. aris. o. seorsum a pari dissimilis  
vñ hec separitas. tis.  
Separabilis. e. q̄d potest separari vñ se-  
parabiliter separanter et separatiū adu-  
sunt. f. diuisim  
Separo. as. a. diuidere separare  
Sepe aduer. numer. i. frequenter et com-  
parat vnde sepe. 19. me. aduer.  
Sepecula. e. pua sepes  
Sepedium refugium  
Sepelio. is. iui. itū. licet inueniatur sepe-  
litum mortuum condere nam humare hu-  
mum inicere dicitur  
Sepes. is. f. clausura ul munitio de spinis  
uel lignis que fit circa segetes ad arcēdū  
pecora fit et in obsidionibus ad arcēdōs  
hostes a sepio  
Sephora. e. p̄p̄riuz nomen mulieris  
Sepia. e. d̄r. a. sepio quia sepib̄ interclu-  
sa facili9 capiat piscis in cōbeundo ob-  
cena genus ore enim sicut vip̄a cōcepit  
habet enī in se quādam strumaz nigerrī-  
mi et amarissimi plenam de quo sit opti-  
mum incaustum vñ sepia p̄ incausto uel  
aimento cuius succus tante uis est ut lucer-  
ne addito ethiōpe uideri ablato poti-  
mine quidam trahant  
Sepicula. e. pua sepes  
Sepicule. i. f. di.  
Sepio. is. ph. ptū. a. et inuenitur sepiū.  
itū. circūdare sepe circūclaudere

Septiola. e. pua sepiā  
Septissime. i. sepe  
Septius. idem  
Septuscule aliq̄culuz sepe  
Sepiusculus. a. u. di. de sepius p̄paratō  
Seplassarī negotiator qui multa uēdit  
quem greci pampalones uocant  
Seplallum. f. i. statio ubi pigmenta uen-  
duntur quaz greci mirapolon uocant  
Sepono. is. sui. itum. a. seorsum ponere se-  
parare  
Sepe indecl. uel sepe. is. m. est q̄dam exi-  
gu9 sp̄ens qui nō solum corpus uerum et  
ossa ḡsumit ueneno naz cum aliquem pu-  
ngerit facit carnem eius et ossa fluere  
ita q̄ ad minimuz puluerem rediguntur  
Septangulus. a. u. septem habens āgulos  
Septem Septenarius Septenus  
Septies Septimus Septuagenarius Sep-  
tuagen9 uide in duo ubi tractatur plene  
de nominibus numeralibus  
September. bris. m. mensis a numero et  
imbre dicit̄. q. septim9 ab iure et marcio  
Septennis. e. i. septē ānoz a septē & ān9  
Septennuz. nis. spaciū septē annorum /  
Septentrion. onis. m. et ḡponitur a septē  
et trion q̄d est bos q̄dam signum celeste  
a septem stellis quibus est depictum que  
triones. uocant. q. boues aratorū q̄a sem-  
per terunt arcam nr̄i celi semp enī app-  
ent in nostro emispio Et nō q̄ duo sunt  
septētriones maior et minor maior ut di-  
cit Arator. XII. stellas h̄t / minor septē  
& gracia illi9 alteq̄ signum dicitur septē-  
trio uel a. VII. stellis nobilitatibus Item  
vterq̄ dicitur plaustruz siue curr9 ul car-  
rum d̄spositione stellarū / s̄ hoc maior il-  
lud min9 Itē vterq̄ fm̄ fabulas dicitur  
vrsa uel arctos q̄d grece d̄r vrsa sed hec  
maior illa minor Item maior dicit̄ elice &  
parasis / minor sinofura & artosilax & h̄c

et ea illa plaga dicitur septentrio et eadē  
uentus p̄ncipalis ab illa plaga ueniens  
dicitur septētrio  
Septētrionalis. e. ad septētrionez p̄tēs  
uel de septētrione & hinc septētrionalis.  
is. dicitur quidam palellus qui illud sig-  
nuz includit  
Septēuir. ri. qui septem viros habet sub  
sua potestate vnde h̄c septēuiratus. tus.  
talis dignitas uel officium  
Septim aduer. i. clausim  
Septimana. e. dicta q̄ septem auriluces  
habeat  
Septimanarius. a. um. ad septima nam p̄-  
tinent  
Septimanari9. ri. qui p̄ septimanā curā  
ḡrit p̄ sociis super cibariis & in choro fa-  
cit officium  
Septingenti. e. a. a septem et centum d̄r  
Septiplex. ictis. g. septies plicatus  
Septuagesima. e. illa dies dominica in q̄  
alleluya interm̄t̄itur  
Septuagesim9 septuagesies septuaginta  
in duo uide  
Septum. ti. locus cōclausus ut stabulum  
p̄ctidum  
Septuns. cis. m. i. septem vncie  
Septuplo. as. septuplum facere  
Septuplus. a. uz. numerale ponderale  
Septulis. m. septem oboli uel preciaz sep-  
tem obolorum  
Sepulcralis. e. ad sepulcrum p̄tinent  
Sepulcrulum. li. puum sepulcrum  
Sepulcrum. cri. a sepulto dicitur mortuū  
enim est habitaculum in quo p̄p̄rie mortu-  
orū corpora ponunt. q. seorsum a pulcro  
sepulcrum significat voracitatē gule mē-  
daciū adulantium  
Sepultura. e. a sepelio dicta  
Sepultus. a. u. q. sine pulu. i. pulsu pal-  
pitatione et motu a sepelio quod est mor-

tuum condere  
Sequaculus. a. uz. aliq̄tulum sequax  
Sequax. cis. o. diligēs sequitor discipul⁹  
docilis ad docendum aprus vnde sequa  
citer et hec sequacitas  
Sequela. e. mos ḡsuetudo exemplū  
Sequester. tri. m. qd̄ et terciē decli. inue  
nitur reconciliator q̄ discordes pacificat  
et qui certantib⁹ medi⁹ interuenit apud  
quem pignera deponi solent et dicit a se  
quor quia ei⁹ q̄ electus est fidez sequatur  
Sequestra. e. reconciliatrix  
Sequestro. as. a. separe et pprie certantes  
et pacificare  
Sequor. eris. cutus. d. imitari feroruz cur  
rere post aliquem ire  
Sera. e. firmatura hostii et pprie lignum  
qd̄ ex ensūso abicitur et opponit hostio  
Seraph. is. d̄r. qlibet de ordine angeloz  
illoz qui dicuntur seraphin Et scias q̄ se  
raphim per. m. et seraphin per. n. distin  
guuntur ut cherubin et cherubin et interp  
tantur ardentes quia inter illos et Deuz  
nulli angeli cōsistunt / et iō q̄to vicinius  
ei sunt tanto magis claritate diuini lumi  
nis inflamantur vñ ipi flamāt facie et re  
las sedentis in throno dei pp̄terea turba  
cetera angeloz videte essenciam dei non  
possunt  
Serapis Egip̄tior⁹ deoz max. imus ipse ē  
Apis Rex arginoz q̄ manibus in Egip  
tum ensuectū cū mortu⁹ esse serapis die  
tus est quia archa ubi mortu⁹ portatur  
Serrate gens Echiopē. xii. pedum  
Sere aduer. i. tarde extreme  
Sereno. as. a. exhilarare letificare illumi  
nare lucidare  
Serenus. a. ū. letus hilaris lucidus clarus  
Enquillus / s̄ serenus ad celum Enquillū  
ad mare refertur et opatur vnde serene.  
i⁹. mc. aduerbium et hec serenitas et hec

serenitudo  
Seres. eris. m. est q̄dam oppidum orienti  
a quo populus apud quos bombices s̄mes  
sericum egerunt et creant Et regio seres  
dicitur nobilibus frondibus fertilis a qb⁹  
vellera discerpuntur que ceteris gentib⁹  
ad vsum uestium venduntur  
Seria. e. vas fictile. f. olla. q. s̄ria q̄a ibi  
p̄mo excogitata est et facta ul a serius q̄a  
utilis et necessaria uel a sero quia in sero  
ad ingnem ponatur  
Seriatim aduer. i. ordinatim  
Serica ce. vestis q̄dam de serico  
Sericat⁹. a. ū. de serico ornata ul intext⁹  
Serico. as. serico ornare uel intexere  
Sericoz. ci. seta vulgo dictuz quia apud  
seres abundant. s̄mes qui sericū egerunt  
- f. bombices a quibus hoc filum circum ar  
bores ducitur  
Seritus. a. uz. de serico existens  
Serice aduerb. utiliter uel intente fedule  
studiose ex aīo  
Series. ei. f. ordo r̄p̄ longissimus  
Serio. as. ordinare in ordinem et sericem  
disponere  
Serio ablatiu⁹ de serius ponitur sepe ad  
uerbialiter. i. serice  
Seriola. e. ortorum ordo directus et parua  
seria  
Seritas. tis. f. tarditas  
Serius. a. uz. utilius et necessarius  
Sermo. onis. m. orō cotidiane locutioni  
finitiuā remissa. i. tenuis. nō alta / ul ser  
mo est orō h̄mili stilo cōposita humane lo  
cutioni finitua uel sermo est collocutio  
vnius p̄sone ad aliam s̄r d̄r sermo a sero  
quia fitur inter colloquentes. vnde et al  
terius persone eget  
Sermocinor. aris. d. s̄monem facere  
Sermunculus. li. puus sermo  
Sero. as. seram hostio apponere hostium

firmare claudere  
Sero indecli. uel poci⁹ est aduer. loci s̄c̄e  
q̄nq̄ ponatur nominalis sic et mane ut eū  
dicit obscuruz sero celuz mane a sero. as.  
dictum / celū enīz sero claudetur sic mane  
ap̄itur et ita sero est quia sera celi  
Sero. is. seu. s̄atu. n. seminare uel plan  
tare dictum a serenus quia sereno celo se  
rendum est et nō p̄ nubes et q̄a seminatio  
et plantatio ordine solet fieri ideo serere  
ponitur pro ordinare  
Sero. is. serui. fertū. imittere ul cōiugere.  
Seron sepulcrum y dolum  
Seros grece oppidum  
Serotino. as. tardare serotinu facere  
Serotinus. a. uz. tardus tarde veniens ul  
vesperinus  
Serpedo. inis. f. rubor cutis cuz pustula  
extancia dicta a serpo q̄a serpat p̄ mēbra  
Serpens. tis. p̄cipium de serpo. is.  
Serpens. tis. cum. d̄r a serpo quia minuit  
et scamaruz n̄sibus s̄pat et reparat / illa  
aut que. iiii. pedibus nititur nō s̄pentes  
sed reptilia d̄r Et dicit Plinius q̄ si ser  
pentis caput cum duobus uasit digitis  
nichilōius uiuit vñ totum corpus abicit  
pro capite defendēdo Pictagoras dicit  
de medulla hominis mortuū qd̄ in spina ē  
s̄pentem procreari qd̄ si creditur merieo  
euenit ut sic p̄ s̄p̄tem mors ita et homi  
nis mors per s̄p̄tem Serpentem. iiii. na  
turas habere Pholosoz dicit Primam cū  
senuerit caligant oculi eius Et si voluerit  
nouus fieri abstinet se a cibo donec pellis  
relaxetur et ideo coartat se ut vetustatez  
deponat Secūdag cum venerit aquam bi  
bere in cubiculum suū venenum deponit  
Tercia si viderit hominem nuduz timet  
nec audet eū contingere si uestitum in eū  
insiliat Quartam q̄n viderit se occidi to  
tum corpus tradit ad penā caput aut tuf

todie Serpens pastu feniculi recitatez ex  
pellit fert mori rubi foliis superlactis in  
eum uel si sputū hominis tetunī gustauit  
Serpēs in malo diabolū et malignos hoīes  
in bono filiū hominis et prudētes significat  
Serpentigena. e. g. genitus a s̄pente )  
Serpentinus. a. um. ad serpentem p̄tinēs  
uel de serpente exis  
Serpentulus. li. puus serpens  
Serpilluz. lli. q̄dam herba que et trifolū  
dicta sic quia radices ei⁹ longe serpat  
Serpo. is. pli. p̄tū. n. repe latenter ire  
Serra. e. a sono dicta. i. a stridore est enī  
p̄tenuis ferri lamina dentium mordacita  
te resicans hac ligna et marmora secantur  
huius vsuz perdix quidaz adolescens ad  
iuuenit que Dedalus auuculus ad docen  
dum acceptum videns ingenium pueri q̄  
dum materie diuidende gpendiū q̄reret  
sp̄nam piscis imitatus ferro limam exal  
pans ferri laminam dentiu mordacitate  
armauit liuore motus inuidie p̄ huius ad  
inuencione p̄cipitem ex arte deierit / pp̄  
ea exulatus Cretam abiit ubi aliq̄diu cū  
filio eius fuit / et ut fertur fabule ex creta  
pennis sibi adaptatis volauit in Siciliaz  
Serra ecia ē lignū habens multos dentes  
qd̄ boues thunt ad tormētādum homines  
Serratus. a. um. serra sc̄ctus  
Serro. as. serra secare  
Serrula. e. puua serra  
Sertatus. a. um. sero ornatus  
Sertor. oris. m. i. cultor  
Sertulum. li. puum serum  
Sertum. ti. corona de floribus insertis et  
cōtūctis facta  
Serua. e. in fuus vide  
Seruicolum. li. puum fuicium  
Seruicofus. a. ū. fuicio plenus  
Seruiciuz. ci. actus sui obsequuz mun⁹  
Seruiliis. e. qd̄ ad seruū p̄tinēt. vnde ser

uiler et hec seruilitas  
Seruio. is. sui. ituz. n. obedire seruicium  
facere / fuisse est dñs in seruitute cuiuscumq  
preceptis  
Seruitus. r. f. cōdicio seruendi seruicū  
actus seruicium uel manus  
Serula. e. parua sera  
Seruz. ri. liquor que defluit de recenti ca  
seo dum premitur  
Seruo. as. a. custodire retinere ul in custo  
dia ponere uel prospicere  
Serus. a. um. tardus / extremus. et gpatur  
vnde sere. i. me. aduer.  
Seruula. e. parua serua  
Seruulus. li. puus seruus  
Seru9 dictus est a seruo qa olim bello cap  
ti cuz de iure possent occidi seruabantur  
et fiebant serui licet modo dicantur serui  
et qui sic seruati nō sunt / seru9 ergo dici  
tur ex condicione seruicū Itcz seru9 in  
bello captus et seruatus famulus ex ppria  
familia seruoꝝ mancipiū ex hostibus. q.  
manu captum qd aut dicit fuus. q. fuas  
vultuz dñi sui et hia est et hec serua. e. in  
eodem sensu et fuus. a. um.  
Sese. i. seipm genitiuū de se  
Sessibilis. e. aptus ad sedendum uel ut q  
sedeat super illud  
Sessilis. e. idem q sessibilis sincopatum  
Sessillus. a. ū. pusill9 pu9 statura a sedeo  
qa potius talis videtur sedere q stare  
Sessim. aduer. i. sedendo sum  
Sessio. onis. act9 uel pes sedendi conuen  
tus congregatio  
Sessis. is. m. sex oboli uel precium sex obo  
lorum  
Seston ciuitas Asiae super Elepontem  
Seta. e. pilus porcoꝝ a sue dicta. quia ab  
ea procedat uel a suo qa ualet ad suendu  
Setatio. as. a. farina setatio purgare  
Setarium. ci. instrm quo farina purgat

quia ex fetis fiat  
Setarium. ri. idem  
Setarius. a. ū. ad setariam ptinens  
Seth fuit filius Ade et interpretatur resur  
rectio qa post fr̄is interfectionē natus sit  
Sethin genus est spinaz in hēmo ex qui  
bus fit lignuz i putrescibile et f̄m quōsdā  
incremabile / Pap. dicit sethin ligna que  
qñ plus accenduntur tanto duriora fiūt  
Sethiniani dicti sunt quidam heretici a  
seth dicentes Xpm esse  
Setosus. a. um. plenus fetis et comparat  
vñ hec setositas  
Setula. e. pua seta  
Seu giuctio disiunctiua  
Seueriani dicti sunt quidaz heretici a se  
uero quodam exorti hī vñum nō bibunt  
verus testm et resurrectioneꝝ spernunt  
Seuerinus. ni. nomen cuiusdam sancti p  
priū  
Seueritas. tis. f. austeritas rigor integri  
tas iudicii uel uehementia uicioris seue  
ritas iudicioꝝ patrona est discipline  
Seuero. as. nō est in v su. sed gposita  
Seuerus. ri. propriū nomen montis  
Seuerus. a. um. auster9 districtus. rigid9  
uel purus dictus seuerus. q. totus. ver9 te  
net aut sine pietate iusticiam qd aut dici  
tur seuerus. q. verus seqns vep / et hia est.  
Seu p̄teritū de sero. is.  
Seuicia. c. crudelitas furor iracundia  
Seuio. is. ui. itū. n. insanire. furere. seuiz  
esse uel fieri  
Seuoco. as. a. seorsum vocare ad remocio  
ra vocare  
Seuus. a. ū. crudelis. s̄z seuus in fra. crude  
lis in sanguine et gpatur seuior. m9. vñd  
seue. vi. me.  
Sex. o. p̄ralis et indecli. dicit ab hex qd  
greci dicunt. h. mutata in. s.  
Sexagamia. e. sex nuptie ul p̄p̄tetas qua

quis dicitur sexagamus  
Sexagamus. a. um. qui uel que habuit ul  
habet sex vxores  
Sexagesima. e. dñica post septuagesimaz  
Sexagesies sexaginta in duo vide ubi ceta  
tur de numeralibus  
Sexangulus. a. ū. sex habens angulos  
Sexcenti. e. a. a. sex et centū gponitur  
Sexcupedus. a. ū. plenus pediculis  
Sexcupedes. dis. m. i. pediculus quia sex  
habet pedes  
Sexculpa. e. i. totum et dimidium. q. sex  
quiplica a sexqui et plica  
Sexcuplo. as. sexies plicare  
Sexcuplus. a. uz. qd ḡtinet totuz 2 plica  
tocius. i. medietatez a sexqui et plica Itē  
sexcuplus sexies plicat  
Sexennis. e. sex annoꝝ  
Sexennium. ii. spaciū sex annoꝝ  
Sexies aduer. i. sex vicibus  
Sexqualter. a. ū. ḡtens totum et tocus  
medietatez vnde ternarius est sexqualter  
binariū qa ḡtinet ipsum totum et ei9 dez  
binariū alteꝝ partem  
Sexqui. i. totum  
Sexquipedalis. e. qui cōtinet mēsuraz to  
cius vnus pedis vñ sexquipedaliter ad  
uer. et hec sexquipedalitas  
Sexquipes. dis. m. i. totus pes a sexqui 2  
pes  
Sexquiterci9 sexquiquart9 sexquiquine9  
sexquifextus sexqseptimus sexquioctau9  
. a. uz. et sic deinceps qd ḡtinet ei9 totuz  
et ipi9 aliaz ptem ut quaternarius terna  
riam et eius qrtam ptem / quinariū qua  
ternarium et ei9 qntam pte et sic de aliis  
Sextariolus. li. pu9 sextarius  
Sextarius. ri. a. sexta pte dicit est enim  
sexta ps cōgii sextarius duaz librarum ē  
. q. bis. assumptus dñ bilibris assumptus  
qualter sit greco nomine carix quiquies

placatus quinare siue gomor facit ad iir  
sexum facit congiū nam congiū sex  
metitur sextariis et hinc sextariū nomen  
tractum est Et nō q sextarius siue dicit  
mēsuratū siue sine mēsurā siue q̄titas il  
li mēsure adiacens siue aliqd aliud sem  
per est. m. nō. n. sicut quidaz y diote abu  
tuntur  
Sextercarius. a. ū. erogans sextercuz ul  
ad sextercium ptinens  
Sextercium. ci. pondus duarū librarum  
et semis. q. semistercium  
Sextilis. vocabat olim mensis Augustus  
sic Iulius quintilis. i. qntus uel sextus a  
Marco qui olim erat caput anni  
Sextula. e. appenditur q̄tuor scrupulis  
dicta q sit vncia sexta.  
Sextus. a. ū. numerale ordinale nomen ē  
Sxus. us. m. discretio maris et femine a  
sex dicit9 quia a digito pedis in sexto in  
uenitur articulo

I coniunctio dubitativa siue affir  
mativa est

Siban dicitur mensis Mass

Sibilatus. m. actus verbi  
Sibilla. e. generalit dñr om̄s femine uates  
sic ois vir p̄beta uel vates dñr uel p̄he  
Ita ois femina p̄betans sibilla vocatur  
qd nomen ex officio nō ex p̄p̄tate voca  
tum est Decem aut Sibille a doctissimis  
actoribus fuisse eduntur. s. Persica Libi  
ca Delfica Cimeria Erictea Sana Cuma  
na Elefponcia Frigia / et Tiburtina / ce  
lebrior aut int̄ omnes et nobilior Erictea  
p̄hibetur vnde Sibillus. a. um.  
Sibillo. as. n. serpentuz est proprie homi  
nes sibilant  
Sibil9. li. sed in p̄rali sibilla. op. est spe  
cies tenuis sic exili pulsu uel p̄berato ae  
re a sibilo dicitur Item sibilare ponitur p

deridere quia post eum quem deridimus  
sibilare solemus

Sibilus. li. idem q̄ regulus seu basiliscus  
sibilo enim cecinit aūq̄ mordeat f̄ curat  
Sic est aduer. similitudinis et quōq̄ iurandi  
i. ita eodem modo hac ratione

Sica. e. gladius breuis quo maxime vtun-  
tur apud Italos qui latro et ut quidaz dī-  
cunt telum est baculo absconditum a ieco  
dictus. q. seca

Sicamber. bra. brum. populus est a sicam-  
bria ciuitate dictus

Sicambria. e. ciuitas fuit cōstructa / a tro-  
ianis post destructionē Troie in finitimis  
partibus Pannonie secus paludes meotidas  
vnde sicamber. bra. brum

Sicania. e. i. Sicilia a Sicanio rege dicta  
Sicanus. a. um. Sicaniani dicti sunt a si-  
cario sicut Itali ab Italio Item sicani dī-  
cti sunt a sicario

Sicario. ri. latro q̄ sicā defert homicida  
Siccine. i. sicne

Sicco. as. siccum facere

Siccus. a. ū. a fucus p̄ antifraxim quia sic-  
sine fuco et ḡpatur vnde. sicce. ci. me. ad-  
uer. et. hcc siccitas et hcc siccitudo idem  
Sicera. e. f. pocio que ex ē vnum inebriat̄  
potest conficitur enīz ex fuco frumenti et  
pomorum coctisq̄ frugibus aqua pinguis  
dicta. q. fucus colatus

Siche aīa dicit̄. Itēz siche dī pfundum  
Sichel hebreuz est et appellatur corrupce  
latino sermone siclus hñs apud eos vncie  
pondus apud latinos aut et grecos q̄rta  
ps est vncie

Sichen filio fuit Emor qui quādz vrbez  
edificauit et noīe filii appellauit Sichen  
hoc grece et latine dī Sichina ciuitas est  
Samarie / ipsa est nunc Neapolis ciuitas  
Samaritanorū

Sichina Archadie regio

Sichini greci dicti sunt a sichione Rege  
hi p̄mum agialei dicti ab Agialo Rege  
ipsi sunt Archades

Sichofanta. e. falsus calūniator uel vili-  
um rep̄ dicitur tū apud grecos Sichofan-  
ta dicit̄ ficus comedens a sichos q̄ ē ficus  
et fagin comedere s̄z hac rōne dicitur est  
sic falsus calūniator / cuiusdam dño apud  
grecos misse sunt ficus quas latenter qui-  
dam famul⁹ eius edit et cepit aluz calū-  
niari et accusare q̄ eas comedisset / tūc do-  
minus precepit aquaz calidam bibi ab eo  
qui ficus comederat qua bibita statim vo-  
mit ficus et inoleuit cōsuetudo ut fals⁹ ca-  
lūniator diceretur Sichofanta

Sichomachia. e. pugna anime a siche et  
machia

Sichos grece latine ficus

Sicilia dicta est a siculo s̄re Itali p̄us dic-  
ta Trinatria p̄pter tria atria. i. p̄mento-  
ria / pelorū / pachinium / et lilibeum Tri-  
natria enim grecum est qui latine Triq̄-  
dra dicitur. q. in tres quadros diuisa in  
sula est p̄pe Sardiniam / hcc ab Italia exi-  
guo freto discreta affricum mare prospec-  
tans terris frugifera auro abūdans cauer-  
nis tā et fistulis penetrabilis ventisq̄ et  
sulphuris plena / vnde et ibi ethuc motis  
extant incendia in cui⁹ freto scilla est et  
caribdis quibus nauigia aut absorbentur  
aut collidantur frugum fertilis ac terris  
omnib⁹ cōmissis seminib⁹ aratro prociſsa  
p̄ncipez vrbez Ciraculum habet Alphe-  
um fluiuz magnorū generationez equorū  
in ea insula p̄mum inuenta est comedia /  
aq̄cē lapidez ipsa p̄mum ex aquate flumi-  
ne dedit pturit et mare eius coralluz gig-  
nit salē agregentiuuz Vguē. solubiles cre-  
pitate in aquis oīs ambitus eius claudit̄  
mulier Salustius dicit̄ Italie coniunctaz  
fuisse Siciliam s̄z medium spacium impe-

tu maris diuisum uel per angustiam sei-  
sum est

Siciliides. de. homo de Sicilia

Siciliensis. e. idem.

Sicilis. dis. f. femina de Sicilia

Sicomimus si aliter q̄ dico

Sicomorum fructus est mori

Sicomor⁹. ri. arbor foliis silis in aliis fici-  
ni que et ficus fatua dī hanc latinā celsam  
appellant ab altitudine q̄a nō est breuis  
ut morus

Sicubi. i. si alicubi aduer.

Siculus. a. um. de Sicilia

Sicut abuer. similitudinis Sicut in sacro elo-  
quio aīq̄ nō p̄ similitudine ponitur s̄z  
pro veritate

Siderales dies sunt in quib⁹ sidera mouē-  
tur et homines a nauigatione excludunt̄

Siderus. a. ū. ad sidera p̄tinens

Sideritis. f. gēma quedam que ad cōtem-  
plationē ferri nil dīsonat et in maleficiis  
si inferatur discordiam excitat

Sidero. as. nō est in vsu s̄z eius ḡposita

Sido. is. caret p̄terito et supino. sed acci-  
pit mutuo a sedeo et est idem. n. est

Sidon fuit filio p̄mogentus canaā. a quo  
Sidones dicti sunt et hinc ciuitas eorū et  
fenicia Sidon dicta ē vñ hīc et hcc Sidon  
onis. patrium et hcc Sidonia. e. puincia  
adiacens. vnde Sidonius. a. um. patrium  
uel gentile

Sidonii interpretantur venātes ul lingua  
fenicum Sidon piscis dī vnde a copia pis-  
ciuz Sidon p̄dicta ciuitas dicta ē expug-  
nari p̄ Regem ascaloniorū vrbez Tiruz  
condiderunt ante Annū vrbis Troiane  
Sidrach interpretatur doctor meus hīc ē  
Ananias

Sidus. eris. n. stella. uel stellarū collectio i  
aliquo signo a simi sedendo dictum

Sidusculum. li. puum sidus

Siene in Arabia p̄pentes sunt cuz alis

Siene. is. quedaz ciuitas Egipti est

Sifax muridie Rex fuit

Sifon. onis. m. tuba uel pocius vas seu cō-  
ca ubi mingeatur seu i quo vrina patēs  
facit sibilatum et ideo ponitur p̄ sibilatu  
vrine uel bombo Sifon et dī vas quo vtū-  
tur orientales ad extinguenduz ignem

Sigaleus. a. ū. de sigalo exūs

Sigalceus. a. uz. idem

Sigalinus. a. uz. ad sigalum p̄tinens

Sigalonia. e. terra q̄ sigaluz abundat

Sigalonus. a. uz. idem q̄ sigalinus

Sigalum. li. q̄dam genus annone pessimi  
panis alia. f. q̄ filigo

Sige grece silenciuz uel sise dicitur

Sigena. e. genus piscis est

Sigenum. ei. p̄montoriuz iuxta Troiam  
dictum a sige q̄ est silencium uel p̄pter  
Herculis taciturnitatē qui p̄hibitus hos-  
picio a laumedonta Troiam venit cum si-  
lencio et cam cepit

Sigeus. a. um. troianus

Sigillatim aduer. i. expresse

Sigillatura. e. i. ipsa sigilli impressio

Sigillo. as. a. sigilluz facere uel sigillo de  
signare figurare claudere

Sigillum. li. puum signū sic anulū et id  
q̄d fit in cera s̄z sigillum et dī instrū-  
illud quo dictum sigilluz cere fit

Signa quedā stelle dīr q̄ naute obsuante  
in gubernadis nauib⁹ signa s̄re sunt uocū  
et voces reruz seu intellectuum

Signanter aduerbiuz euidenter expresse  
apperte

Signaculum. li. est q̄d alicui rei ad hoc imp̄-  
mitur ut lateat quousq̄ referetur

Signancia. e. expressio

Signancius expressius. forte assignans.  
clor. m. q̄d est expressus. clor. m.

Signifer. a. ū. signum ferens ante alios. f.

vexillifer  
 Significancia. e. expressio significatio et designatio expressa  
 Significo. as. a. facere signum manifestare notificare expmre  
 Signo. as. a. signuz facere uel signo designare expmre ostendere  
 Signum. ni. nota ostentum vexillum uel arma in eo  
 Singulatim aduer. discretiuuz. i. p. singulos p. quo dicunt aliqui sigillatim s. male  
 Singulo. as. singulum facere  
 Singulus. a. u. vnus uel vnicus s. in plurali accipitur distributue ut singuli comedunt. i. sepatim quilibet p. se. vnus. et vnus p. se vnde singularis. e. s. singulariter aduer. et singularitas  
 Sile est impariuu de fileo. es.  
 Silen grece latine vastitas uel silencium  
 Silenos idem q. selenos  
 Silentis. e. in dissilibus clausulis p. vnum uerbuz oglutinata gceptio uel singularis pl. i. dictio singuli uerbo explectant sunt vobis inicia poma et pressi copia lactis fit et p. accidentia pibus sic qn. unum p. multis et mta. p. uno ponuntur / fit et p. genere diuersi sexus per numeru. per tempora per personas  
 Silenter aduer. i. silendo  
 Silentarius. ri. qui in palatio uel alibi silencium indicit et est nomen dignitatis  
 Silentium. ci. nichil est sed ubi uox non est silencium dicitur  
 Sileo. es. lui. n. tacere pterire omittere necire se fingere s. silere ad uocez inarticulatam tacere ad articulatam refertur  
 Siler. eris. m. est fetus terre Item siler fluuius iuxta salernum  
 Sileco. cis. incipe silere  
 Silex. icis. m. uel. f. lapis durissimus qui et focarius dicitur a salio dicitur quia ab

eo ignis exiliat  
 Silicernius. ii. moribundus. silis mortuo. q. silicem. et sepulcrum cernens. uel senex uet. incuru. ppter senectute. uicin. more. quia gcederet silicem sepulcrum quia p. curuitatem cernat terraz. et filices.  
 Silicernus. ni. idem et pro firmo. et duro. ut filex  
 Siliceus. a. u. de silice exis  
 Silicinus. a. um. petrosus  
 Siligineus. a. u. ad filiginem ptines uel de filigine factus  
 Siliginosus. a. u. plenus filigine  
 Siligo. inis. q. daz gen. tritici a feligo. s. dicta quia fit electum ab alio. na. in pane est precipua eius spes. vnde qnq. tenuis et purissimus flos farine dicitur filigo. v. fit panis.  
 Siliqua. ce. q. dam arbor dicta sic quia ei ligni fructus sic dulcis. a. xilon lignu. s. lico. dulce. siliqua et dicitur eius fructus qd. coligitur ad op. porcorum. Item filiq. xxiiii. ps. solidi. ab arbore cuius semen. est nomen tenens. siliqua et est q. daz genus leguminis. qd. porci in Affrica comedunt. dicitur et filiq. folliculus cuiusq. leguminis et purgamentum eius.  
 Sillaba. e. comprehensio litterarum a sillaba dicta  
 Sillabatim aduer. idez q. sillaba Pap. dicit sillabatim paulatim  
 Sillabacim aduer. i. p. sillabas  
 Sillabico. as. sillabas giugere  
 Sillabicus. a. u. ad sillabam ptinens  
 Sillabin grece latine comp. h. dere dicitur  
 Sillabo. as. idem q. sillabico  
 Sillani milites sille  
 Silogismus. mi. spes argumentationis est dicitur a sin. qd. est con. et logos. fmo. quia collectio et conuictio sermonum. vnde silogisticus. a. um.

Silogizo. as. concludere et p. pte silogizando silogismos facere  
 Siloa uel filoe fons est ad radicem montis Syon. qui no. iugibus aquis s. in certis horis ebullit et p. terram cocauam et saxi an. durissimi cuz. magno uenit sonitu  
 Silua. e. dr. a xilon qd. est longu. qa. ibi longa cedatur uel a silen quod est vastitas uel silencium / locus vastus et desertus et silencio plenus / uel silua est spissum nemus et breue / silua et iterdum dr. et fructuose arbores et fructuose / silua significat geres  
 Siluanus. ni. deus siluarum quem greci pan. dicunt  
 Siluestris. e. uel hic siluester hoc siluestris hoc siluestre res silue uel ad siluam ptines terribilis asper opacus vmbrosus  
 Siluicola. e. g. siluam colens  
 Siluigena. e. g. in silua genitus  
 Siluius. ii. quidaz filius Enee quia natus fuit in silua a quo omnes Reges Albanorum dicitur sunt Siluii  
 Siluosus. a. um. siluis plenus  
 Silur. ri. p. f. est uilissimus  
 Siluula. e. parua silua  
 Sim. m. et indecl. p. prium nomen uiri.  
 Sima interpretatur et repntat ap. nos hoc elementum. s. Itez sima f. m. Pap. dr. locus ubi coadunant homines ad prandium ad modum. C. factum. ut tribunal ecclie.  
 Simacha. e. g. pugnatix et adiutrix.  
 Simachia. e. g. pugnatio  
 Simboluz. li. dicit a sin. qd. est simul et bolus. q. bolus et morsellus singulorum. Item simboluz interpretatur signuz. uel cognitio uel collectio. uel pecunia collata. ideo quia singuli ponunt ibi bolu. suum. vnde Credo in deum dr. simbulum Ap. on. quia quilibet in faciendo illud. posuit ibi morselluz. suuz. vnus entz dixit Credo in deuz. prem omnipotentem etc. et alter aduxit. Et in

Ihm Xpm filium eius etc. Itez signum uel collectio interpretatur qa. discessuri Ap. ad pdicanduz gentibus hoc sibi p. predicationis signum iudicium imposuerunt.  
 Simia. e. dr. a sim. qd. est curuuz. quia nasum habet curuuz et suppressuz. a. al. facie feda ructis turpiter follicantibus licet et gallop. sit pressum habere nasuz. alu. simias latino f. mone vocatas arbi. n. tur. eo q. multa in eis similitudo rationis huane sentitur. sed falsum / be. plena luna exultant / media et caua tristant. hanc genera. qnq. s. tricopenti cu. cauda sunt. Spbinge uilose sunt comis manus p. minentibus doctiles ad fertitatis obliuione. Cinocefali filices. s. simias. sed facie ad modum canis. vnde et nucupatus. Satiri. facie admodu. grata. v. et gesticulatis moribus inuictat. Callitric. ces toto pene aspectu a ceteris distant. s. ut entz facie p. ducta. barba. et lata cauda.  
 Simila. e. flos tenuissime farine. qui et pollen dicitur  
 Similagine. a. um. de simlagine exis. uel ad simlaginez ptinens.  
 Similago. inis. f. idem q. simila. Itez similago genus est tritici.  
 Similis. e. talis. qualis sic ille. et copatur vnde similiter. li. 9. me. aduer.  
 Similitudinari. a. u. p. similitudinez loqns uel ad similitudinem ptinens  
 Similitudo. inis. ymago forma figura effigies cuz. f. m. aliquaz. spem. uisam ymago uel pingitur uel formatur / figura uero e. cuz. imptione forme alicui. ymago expm. tur uelut si cera ex anulo effigiem sumat omnis aut. ymago similitudo est sed non conuertitur  
 Similo. as. a. facere. uel esse similem. ym. tari. representare.  
 Simitas. tis. f. curuitas similit. uel p. p. retas qua quis simus dicitur

Simboluz

Indicium  
 Similago



**Simius**. a. uz. similis simie uel ad simiam pertinens  
**Simma**. e. per duo. m. l. camera quia curua sit  
**Simmista**. e. g. camerari<sup>9</sup> a simma Itē simmista cōsecrari<sup>9</sup> uel mīsteri<sup>9</sup> gscius a sin q̄ est con et mista  
**Simo**. onis. m. nomen est cuiusdaz rustici dictus. q. g. pugnans quia secum refrenando pugnabat et per duo. o. in obliquis ad d̄ram nominis Apli ubi corripitur Item p̄ e candez d̄ram retinetur. n. in nomine Apli qd̄ a nomine rustici repellitur  
**Simon**. onis. interpretatur obediens simon bariona dictus est  
**Simon canane<sup>9</sup>** ul' dicit<sup>9</sup> zelotes ad distinctionem simonis petri  
**Simones** dicunt qdam pisces. s. delphini  
**Simonia**. e. dicta est a simone quodaz mago a quo cepit iniciuz / naz ab Aplis sps sancti gratiam emere uoluit sic aut cum aliquid spirituale ac ecclesiasticū qd̄ gratis deberet cōcedi uenditur et diffinitur sic / **Simonia** est studiosa cupiditas uel uoluntas emēdi et uendēdi aliqd̄ spirituale  
**Simoniacus**. a. ū. qui facit simoniam  
**Simoniāni** dicti sunt quidaz heretici a simone mago hi dicūt creaturas nō a Deo sed a uirtute quadz supna creatas nec credunt corpū resurrectionem  
**Simonicus**. a. ū. idem q̄ simoniacus  
**Simonides** poeta quidam fuit  
**Simpachia** grece gpassio  
**Simpac<sup>9</sup>** est herba sic dicta sic grece eo q̄ tantā in radice uirtutem habeat ut frustra carnis in cacabo aspersa coagulet  
**Symphonia**. e. queniētia cōcordia plurimoz sonoz. uel uocū. Item symphonia d̄ qdam instrū musicum. s. lignuz cōcauū ex utq̄ parte extēta. quaz uirgulis musicis hinc inde feriunt. dictuz sic p̄pter conso-

nanciam uocū. nā fit in ea gcordia grauis et acuta suauissimus sonus  
**Symphonicus**. a. ū. cuz symphonia canens  
**Symphonides**  
**Symphonista**. e. g. idem  
**Symphonizo**. as. cuz symphonia canere  
**Simplex**. icis. o. dicit a sin et plica ul' p̄tum. uanitate et cōpatur. vnde simpliciter eius. me. aduer. et hec simplicitas. tis / Itē simplex in bona pte aliqū sumitur sine plica malicie / purus sine duplicitate  
**Simplo**. as. simplum facere  
**Simplus**. a. ū. gponitur a sine et plica et differt a simplici. quia **simplex** est qd̄ caret oī pte / sed **simplum** est quod habet ptes omnes eiusdem generis / species / et nate. vnde elementuz ignis simplum est. quia qlibet pars ignis est. sic quicqd̄ gstat ex p̄tibz oībus eiusdem generis cū toto / simplum est. q. tantundem. i. nō duplum  
**Simplasma**. e. et simplasma. tis. n. consonancia psalmi uel uocis copulatio in cantando  
**Simul** aduer. cōgregandi. i. vna pariter in eodem loco. uel in eodem tempore  
**Simulacrum**. cri. ymago effigies. q. simulans aliud q̄ sit a similitudine dictum eo q̄ manus artificis ex lapide aliene materie eoz. uult<sup>9</sup> imitatur in quoz honore fingitur ergo simulacra eo q̄ sint filia ul' simulata vnde et falsa sunt simulacroz. ul' exorcus est cum ex desiderio mortuoz. gstituerunt ymagines tanq̄ in celis receptas pro quibus in terris se demones colendos opposuerunt et sibi sacrificare deceptis p̄suaserunt  
**Simulator**. oī. a simulacro dicitur. gestat eniz ymaginem ei<sup>9</sup> qui ipse nō est. vnde **simulatorius**. a. um.  
**Simulo**. as. a. reputare. falsosingere. mentiri. fraudulenter agere. p̄rie qd̄ **simulaf**

X. si. quod non suz. Amulo. sed diffimulo. quod ego suz. Assimilare bono. non. sed non assimilare laboro.

est fingere se scire qd̄ nescit. uel esse quod nō est. **simulamus** ignota. **diffimulam<sup>9</sup>** nota. **diffimulaf** ē fingere se nescire. qd̄ scit.  
**Simultas**. tis. f. discordia. dolus. cōtentio et p̄rie latens odium.  
**Simulto**. as. inimicos facere. uel fugare ul' insectari. et odio habere  
**Simultū**. ti. uermis in cornib<sup>9</sup> ariet<sup>9</sup>. qui facit euz cornipetare et repedare  
**Simus**. a. ū. curu<sup>9</sup>. p̄rie simus est q̄ habet nasuz recuruū fursuz et supflum  
**Sin** cōiunctio causalis. uel cōfirmatiua. i. si non. si uero. Item sin grece / latine con. uel simul significat / **sin** quidam locus in dextro. qui et sinā d̄. et interpretatur mandatū. quia ibi legem susceperunt.  
**Sina** loc<sup>9</sup> est qui et sin in dextro interpretatur mandatū  
